

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

image
not
available

Digitized by Google

37
32 G
3

– ABA 2093

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERATORUM
ROMANORUM
NUMISMATA

A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM

COMITIS

FRANCISCI MEDIOBARBI

BIRAGI.

Digitized by Google

Digitized by Google



Io. Baptista Tiepolo inv. et delin.

Franciscus Zucchi venetus sculpsit

Digitized by Google

Digitized by Google

IMPERATORUM ROMANORUM NUMISMATA

A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM

AB ADOLFO OCCONE OLIM CONGESTA,

Auguſtorum Iconibus, perpetuis Hiſtorico-Chronologicis Notis, pluribuſque Additamentis jam illuſtrata

A FRANCISCO MEDIOBARBO BIRAGO

S. R. I. Comite, & Regiæ Civitatis Papiæ Decurione;

Nunc verò ab innumeris mendis expurgata,

AC SAC. CÆSAREÆ ET REG. CATHOLICÆ MAJESTATI

INVICTISSIMI ET CLEMENTISSIMI

CAROLI VI.

ROM. IMP. SEMPER AUGUSTI

EXHIBITA,

Additionibus uſque hac deſideratis, Criticiſque Obſervationibus exornata;

CURANTE

PHILIPPO ARGELATO BONONIENSI.







MEDIOLANI MDCCXXX.

EX ÆDIBUS SOCIETATIS PALATINÆ.

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Mandatum Reverendiſſimi Patris F. Sylveſtri Martini Generalis contra Hæreticam pravitatem Inquiſitoris in Mediolanenſi Provincia, quo mihi injunctum fuit, ut evolverem librum inſcriptum = Numiſmata Imperatorum &c. = Comitis Franciſci Mediobarbi, ſumma cum veneratione atque animi jucunditate ſuſcepi. Siquidem noveram, diu in votis Eruditorum fuiſſe, ut inſigne hoc Opus iterum typis committeretur, cùm excepta maximo Literariæ Reipublicæ plauſu ejuſdem exemplaria citiſſimè defecerint, & jam raritate ſua novæ editiooes deſiderium accenderint. Hinc alacri ſtudio manum apponens, ut demandatam mihi provinciam implerem, reperi paratum prælo præſens volumeo non tam carere quovis offendiculo cootra Catholicam Fidem, bonoſve mores, ſed inſuper novis Additamentis ac Commentariis adeò illuſtratum, ut optimi Auctoris gloria multum debere videatur laboribus Editoris, cùm auctior ſplendidiorque typis noſtris prodeat in lucem. Quocirca nihil remorari poſſe cenſeo, quin eidem edeodo beoigna facultas concedatur; me tamen &c.

Datum ex Ædibus Bibliothecæ Ambroſianæ V. Kaleod. Julii MDCCXXX.

Joſeph Antonius Saxius SS. Ambroſii & Caroli Oblatus, S. T. D.
Collegio & Bibliothecæ Ambroſianæ Præfectus.

Die 30. Octobris 1730.

Supraſcriptis attentis.

I M P R I M A T U R.

F. Sylveſter Martini Ord. Præd. Inquiſit. Generalis Mediolani &c.

F. M. Ripalta Par. S. Petri intus Vioeam pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. Cardinali Archiepiſcopo Odeſcalcho.

Gallarinus pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google



CAROLO VI.

ROM. IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO
PIO TRIUMPHATORI
OPTIMO PRINCIPI

Philippus Argelatus Bononienſis

VITAM ET FELICITATEM.

O*Ptimum ſanè obſequii argumentum inter alia plura majores noſtri,* CÆSAR AUGUSTISSIME, *erga Principes ſuos inveniſſe puto, cùm eorum Imagines, non corporis tantum quæ facilè ſub ſenſibus cadere pote-*

Digitized by Google

rant, ſed & animi potiſſimùm, quæ illorum aciem fugiebant, ſculptas in Nummis æternitati tradiderunt; & ipſorum egregia facinora, quorum hiſtoria literatis tantùm viris, vel codicum, vel tabularum operâ communicari poterat, illiteratis etiam & ruſticis, atque univerſa plebe per oculorum officium eam capientibus, ad Poſteros tranſmiſerunt. Iis enim continuò per manus omnium circumlatis, jam nemo erat, utcumque remotiſſimus, qui veluti quadam Principis præſentia non recrearetur; ſubditæ verò gentes, vel magnitudinem extructorum operum, vel eximiam liberalitatem, vel negotia feliciter expedita, vel Claſſium numerum, vel debellatarum Provinciarum nomina contemplantes, animum in Principem firmiſſimis vinculis non devincirent, & quod etiam ſuper cetera valde jucundum, ipſi etiam hoſtes in ſignatis Nummis majeſtatem Principis non reverentur, ejuſque virtutes & fortunam timerent.

Hinc ſignatorum Nummorum cupiditate mirificè motum Alexandrum *humanæ gloriæ amantiſſimum ait Philoſtratus, ipſumque* Julium Cæſarem, *magno hæc in pretio habuiſſe narrat Tranquillus, quòd majorum facta, & imagines animo recolentes, ea ſibi fortaſſe notabant, quæ imitarentur, vel, facta comparatione, ſuperaſſe gauderent. Quamobrem habes,* INVICTISSIME IMPERATOR, *quod Majeſtate Tua dignum ſit otium, cùm oculos converteris ad copiam hanc ingentem Nummiſmatum, quæ collegit & illuſtravit Comes* Franciſcus Mediobarbus *Papienſis. Continet enim longam à Pompejo Magno Virorum, Fœminarumque Principum ſeriem ad Heraclium uſque, ac Romanorum Imperatorum perpetuam ſucceſſionem, unde liceat eas omnes diſtinctiùs contemplari, qui Romanum illud Imperium*

Divinâ

Divinâ Providentiâ bono publico Tibi traditum, variâ fortunâ jamdiu rexerunt. Erit ubique factorum fortium, liberalitatis, & magnificentiæ aliquod monumentum, erit virtutis incitamentum, &, ne veritati fraudem faciam, erit etiam vitiorum damnanda recordatio; Nec deerit commodum, quo velut in ſpeculo veterum Imperatorum, Tuamque vivam & Sacratiſſimam Imaginem comparare poſſis; Immo nobis ea erit ſolatii perpetua opportunitas, quoties Te, Auguſtamque Familiam cum veteribus conferemus, & AUSTRIACÆ GENTIS *gloriam in memoriam revocabimus; Illico namque comperiemus in Te unum collatas virtutes omnes, non ſolùm eas, quibus partum Genti ſuæ* AUSTRIACI *firmarunt Imperium; ſed & ceteras omnes, quibus in prioribus Cæſaribus gloriatur antiquitas. Non hic locus, neque ſufficit animus* AUSTRIACÆ DOMUS *præclara facta repetere*

ΟΥΚ ΕΙ ΜΟΙ ΔΕΚΑ ΜΕΝ ΓΛΩΣΣΑΙ, ΔΕΚΑ ΔΕ ΣΤΟΜΑΤ ΕΙΕΝ
ΦΩΝΗ Δ' ΑΡΡΗΚΤΟΣ ΧΑΛΚΕΟΝ ΔΕ ΜΟΙ ΗΤΟΡ ΕΝΕΙΗ.

Nec quemquam eximium utcumque Scriptorem pro dignitate id exequi poſſe fidentiùs aſſevero, niſi reviviſcant iterum veteres illi, qui & ingenio, & dicendi arte plurimum valuerunt Herodotus Thucydides, Xenophon, & ex Latinis noſtratibus præſtantiſſimi, qui quæ ſibi ſumpſerunt argumenta tractanda, exigua pene exiſtimaſſent, AUSTRIACAS *res contemplati, quæ ſua magnitudine, copia, atque præſtantia ſuperiorum temporum celebratiſſimos hactenus Heroas longiſſimè ſuperant. Immo ſi Tuas tantummodo imperandi artes, Juſtitiam nempe, Liberalitatem, Prudentiam, Fortitudinem, atque incredibilem illam in tanta fortuna & felicitate animi Moderationem perſequi vellent, areſceret equidem ſtilus, neque pro majeſtate rerum ornata ſatis efflueret*

ret

ret oratio. Et ſanè quis umquam ſatis celebraverit tyrocinium Tuum ab ipſa tenerioris ætatis inſtitutione, in qua ſub SS.^{mo} Patre Tuo LEOPOLDO *prius animum virtutibus confirmare, quam ſcientiis expolire didiciſti? cum Sapientiſſimum Principem inter maximas Imperii curas, domi foriſque hoſtium furore impetitum, fortitudine atque conſtantia, quodque præ ceteris laudabilius, mirâ in Deum Optimum Max. confidentiâ, in tantam denique felicitatem veniſſe gaudebas, ut perpetuis victoriis vim non ſolum ab Imperii finibus propulſaverit, ſed terrorem hoſtibus incuſſerit, & inſignes eos egerit triumphos, qui clarioribus antiquorum, ſi omnia juſtè perpendamus, facilè ſint præferendi. In ea ſcilicet ſcbola, iiſque præceptis,* FELICISSIME CÆSAR, *conſtantiam eam comparare potuiſti; qua cum ad Hiſpaniarum Regnum evectus es, Europam fere univerſam armis ferocientem diu ſuſtinere potuiſti, non laboribus, non periculo, non longo itinerum incommodo fatigatus, nunc militis officium, nunc Ducis vigilantiam exercens, ne ſingulis deficeres, & omnibus adeſſes præſentia Tua jucundiſſima rem ubique reſtituens. Verum poſteaquam ſerenus ille dies illuxit, quo Septemvirûm ampliſſimorum ſuffragiis miro conſenſu, quia digniſſimus, ad ſummum Imperii culmen evectus es; quod ſanè non humanis conſiliis, ſed Divini Spiritus afflatu quodam eveniſſe crediderim, ampliſſimas ſpes præconcepimus univerſi, aliquando futurum, ut Imperii fines Tuis artibus protenderentur. Votis reſpondit eventus; cùm etenim Thraces, capta Peloponneſo, neglecta per ſummum ſcelus Carolovienſis Religione pacis, Pannoniam invadere molirentur, Europæ Chriſtianæ excidium comminati, Barbaris in nos irruentibus Te, Nomen-*

que

que Tuum Auguſtiſſimum, invictaſque legiones oppoſuiſti. Agebatur tunc Imperii Romani gloria, quæ Tibi ab Auguſtis Majoribus Tuis, cùm magna in rebus omnibus, tum ſumma in re militari tradita fuit: agebatur ſalus populorum, pro qua illi gravia bella geſſerunt: agebatur de Religione Catholica ſarta-tecta ſervanda, cui quemadmodum ab AUSTRIACIS CÆSARIBUS, *ita à Te erat ſummoperè conſulendum, cum Tu peſtem, atque perniciem, quam Barbari nobis machinabantur, in ipſorum capita convertiſti. Oppreſſos, jacenteſque Religionis noſtræ teterrimos hoſtes Petrovaradinum inſpexit, trucidata eorumdem agmina, Ducum Principes interfectos; eâque partâ victoriâ, quid fortium Virorum Virtus, ſingularis ductorum prudentia valeat, Tuique potiſſimùm Nominis felicitas patefactum eſt.*

Prœlium illud, quo penè de hoſte debellatum fuit, properè adeò confectum, ſatìs eſſe omnibus videbatur ſecuritati Orbis Catholici diu firmandæ, ſed numquam ſatìs Tibi, & Tuæ gloriæ viſum eſt, quæ aſſueta repetitis triumphis, id unum meditabatur, ut armorum Tuorum terrore, Barbaria intremiſceret univerſa; quod ſanè evênit, quando Temiſvaria hoſtium copiis numeroſiſſimis, validiſque operibus communita ceſſit Germanico exercitui triumphatori, qui Tuis auſpiciis didicerat, nullam arcem quantumvis natura, & arte munitam, præſidiariiſque copiis inſtructam CAROLI VI. *Nomini obſiſtere poſſe. Hinc Legionibus Tuis in Croatiam, Boſniam, Serviam iter Turcarum internicione patefactum eſt, arceſque complures ſive expugnatæ, ſive in deditionem acceptæ; binc & ſignis penetrata Moldavia, & Valachia; æquora camporum hoſtilis ſanguinis alluvione oppleta, & prolatis Imperii finibus, ubique vi-*

ctoriæ erecta trophæa, nulla unquam oblivione delenda.

Ubi autem Savus Danubio miſcetur, Tauruni inquam, ibi poſteriori anno nova, eaque immortalia auguſtæ Gloriæ Tuæ relicta ſunt monumenta. Ad hanc quippe Urbem tuendam, quam Barbari, Imperii ſui firmiſſimum propugnaculum adversùm nos ſemper eſſe putarunt, vires ſuas omnes, cogitationeſque contulerant, & parùm rati, latiſſimum flumen, inſanas ſubſtructionum moles, & pluſquam triginta millia robora militum communire Civitatem, niſi prope mœnia ipſa exercitus permagni conſiderent, quo Milites Tui à cœpta oppugnatione deſiſterent, territi non minùs ab operum munimentis, quam ab innumerabili penè exercitu undequaque vexati. Ad hæc alia accedebant incommoda; iniquitas loci, qua res gerenda erat; hoſtes triplici obſepti vallo; milites Tui numero longè minores, aliis quippe caſtris cuſtodiendis, aliis caſtello oppugnando relictis, qui ſuperfuere ad prœlium quadraginta mille, nova, atque inuſitata virtute ſeptorum ordines aggreſſi fortiter, & loci, & hoſtium difficultatibus ſuperatis, primò vario belli eventu dimicarunt, redintegratis deinde viribus, hoſtibus partim cæſis, partim captis, fugatiſque, victoriam omnium, quæ hactenus poſt hominum memoriam partæ erant, celebratiſſimam retulerunt Tuis auſpiciis prœliati. Clariſſima hæc victoria præſtitit, ut Taurunum Pannoniæ clauſtrum, omni præſidiorum genere validum, deſperatis rebus, brevi tempore, ſupra quàm omnes ſperabamus, in Tui ceſſerit poteſtatem; adeò ut de Te jure merito prædicari potuerit, quod de Cæſare olim Juſtinus: Plus magnitudine nominis ſui fecit, quàm armis alius Imperator facere potuiſſet. *Et ſi Fridericus ille IV.*

devi-

devictis Guncienſibus in Pannonia, Magnum, *inquit*, actum eſt opus, *potiori jure Tu Ipſe gloriari poteris, hiſce victoriis tot populos ab imminentibus calamitatibus liberatos, ſervatum Chriſtianum Orbem, proindeque maximum opus aggreſſum Te fore, feliciterque adeò confeciſſe, jure, inquam, gloriari poteris; angit enim adhuc hoſtes jacturæ præteritæ recordatio: pugnat adhuc memoria acceptæ cladis; ejuſque in animis Barbarorum veſtigia altè defixa diuturnam Reipublicæ Chriſtianæ peperêre tranquillitatem; poſt id namque temporis jacere viſa eſt in ſinu ſuo fuſa Barbaria, cum Tu Turcicæ Gentis fidem lubricam, ne in perniciem noſtram ſe commovere poſſet in poſterum, timore incuſſo vinxiſti. Supplices Tibi manus Chriſtiana Europa tendebat, Terrâ, Marique pertimeſcens graviora ab immani hoſte pericula, cum Tu glorioſo triumpho, atque antea penè inaudito, omnes Chriſtiani nominis, & animi Provincias timore perculſas erexiſti, majori, neſcio celeritate, an felicitate vincendi, coëgiſti Thraces, qui tantos ſibi ſpiritus ſumpſerant, ſupplices fœdus expoſcere; ſicque declaratum eſt, nullam in Terris ferocem adeò Nationem, quæ Te ſi non diligat, metuat tamen, victricium armorum terrore concuſſa. Quod autem mirabile dictu eſt, nondum ab hujuſmodi curis, & quidem graviſſimis præ periculi magnitudine, animus Tuus conquieverat, nondum in Hungaria bellorum ſtrepitus reſederant, nondum invictæ illæ Legiones reſpirabant, quæ Te auſpice, præclarè adeò geſſerant rem, cum diriſſimum bellum noviter exarſit. Putabat novus Hoſtis, Te Turcico bello defatigatum, remotiſſimis Regnis tuendis imparem futurum, atque ad ea occupanda numeroſiſſima expeditione animum callidè adjecit. Cedere Illi res primò*

feli-

Digitized by Google

feliciter viſa eſt; ſed evolantibus confeſtim ab Oriente in Occidentem invictis Aquilis Tuis, primis Terra, Marique prœliis, vel Militum Tuorum, vel Confœderatarum Gentium impetu actis, ita reſtitutæ res noſtræ ſunt, ut ſecuritatem adeptæ fuerint optatiſſimam, cui perpetuò ſervandæ ſollicitus vigilas, & aliorum conſilia, vel ſola prudentia & celeritate prævertis: Unde jam ſatìs exploratum, novis rebus tentandis neminem parem futurum, poſtquam undique ſunt omnia munitiſſima, & propulſando non ſolùm bello, ſed vel inferendo inſtructiſſima.

Diverſa hæc uno, eodemque ferè tempore genera & bellorum, & hoſtium properè confecta, nullam rem eſſe declararunt in uſu militari poſitam, quæ aut conſilium Tuum in providendo, aut Ducum Tuorum ſcientiam fugere poſſit; atque ita demum cognovimus Tibi oppidò convenire ſolennem illam acclamationem, qua olim exercitûs, ſublato clamore, teſtari ſolitos accipimus, Principem vinci non poſſe, *ut apud Lampridium in Diadumeno legimus; ſiquidem non Tui tantummodo milites, ſed & hoſtes ipſi, veritate vel ab invitis pectoribus erumpente, clamare viſi ſunt:* CAROLUS VI. *vinci non poteſt.*

Hinc Imperii ſplendor iis quoque Nationibus illuxit, quæ antea Tibi infenſæ, fœdera Tecum inde junxerunt, ratæ, aut parum ſe tutas fore, aut inglorias, niſi Romano ſociarentur Imperio. Vidimus noſtra hac ætate, potentiſſimos Reges, præter omnium ſpem, & opinionem, meliori conſilio Tuam amicitiam popoſciſſe, Reſpublicas opibus validas Tuo Nomini fœderatas.

In tanta rei bellicæ cura, tot inter bellorum motus quiſque putaſſet, in militiæ Regno bonarum artium

tium diſciplinam non poſſe conſiſtere, quod olim Tullius judicaverat dicens: Omnia nobis literarum ſtudia de manibus excutiuntur, ſimulatque motus aliquis novus bellum canere cœperit. *Sed omnes norunt, Te pari cura belli munia, & pacis ornamenta perpetuò coluiſſe, dum inter tanta opera bellorum ad literarum præſertim exercitia reſpicere non es dedignatus; hanc enim quoque gloriam ab Auguſtis Majoribus Tuis accepiſti jure hæreditario, eamque in dies amplificas unà cum Imperii Dignitate, Domui Tuæ Auguſtiſſimæ gentilitium ducens, doctos viros benignè excipere, & honeſtare, liberales artes omni ſtudio fovere, literarioſque labores inclyto patrocinio, & ſingulari munificentia commendare. Didiciſti vel hanc imperandi artem à Majoribus Tuis, nam Fridericus II. Vindobonæ Academiam inſtituit, ibidem excitatâ ampliſſimâ Bibliothecâ: pari liberalitate Albertus I., ejuſque Filius Fridericus III., alter in Suevia, Regii Fontis, alter in Vindobonenſi Silva, Maurbacenſe, cœnobia extruxere, ubi ſacra pariter, literarumque ſtudia colerentur. Omitto Fridericum IV., cujus tempore libri formarum ope exſcribi cœpere, & Græcæ linguæ ſtudia, Rodulphi Agricolæ invicti laboribus inſtaurata, quæ deinde ſub Maximiliano I. unà cum literis Hebræis, atque Latinis impenſiùs, & elegantiùs excultæ fuere; Ejuſque in bonis artibus promovendis tanta extitit cura, atque ſollicitudo, ut in primo Conventu Auguſtæ Vangionum habito, nil potius habuerit, quàm Principes Septemviros Imperatori creando etiam atque etiam hortari, in ſuis quiſque Regionibus publica Lycæa conderet erudiendæ Juventuti; deficientibus namque ſtudiis literarum, celebres quoque civitates torpeſcunt; & ipſa rerum divinarum,*

Digitized by Google

humanarumque diſciplina, togæ, & armis apprimè perutilis, Regnorum firmiſſimum munimentum; hinc Carolus V. quum audiviſſet Thomam Morum, & Joannem Roſſenſem in Britannia extinctos, non ſinè acerbiſſimo ſenſu doloris jacturam hanc conqueſtus, maluiſſe ſe, ait, munitiſſimam quamque Civitatem amitti, quàm duo illa literariæ Reipublicæ lumina extingui. Nec minori pretio habiti celebres doctrinâ Viri à Rodulpho II., qui ingenti ſpe illectos, congiariis, ſtipendiiſque auctoratos egregios matheſeωn inſtitutores, Tychonem Braheum, de Aſtronomicis rebus optimè meritum, & Joannem Keplerum ad ſe accivit: tantique Principis auſpiciis aggreſſus eſt Tycho Tabulas, Rodolphinas dictas, quas Keplerus deinde perfecit. Nonne egregius erga Literas amor Ferdinandi II., qui in hæreditariis Regnorum Provinciis gymnaſia conſtituit, ubi ingenia addiſcendi cupida, doctrinarum pabulo nutrirentur? Sed uberiorem hac in re gloriæ fructum conſecutus eſt Ferdinandus III., Matheſeos omnis, reique bellicæ, & Architectonices Militaris conſultiſſimus, cui optimarum artium ſtudia referunt accepta, Vindobona in Auſtria, in Stiria Græcium, Tirnavia in Pannonia, Praga in Bohemia. Nec eſt quod commemorem LEOPOLDI *ſollicitudinem ſingularem, à quo tot confirmatæ Academiæ, quot nullus antea umquam* CÆSAR: *nec* JOSEPHI *Fratris Tui munificentiam in alendis præclaris ingeniis, excitandiſque ad diſciplinarum incrementum. Norunt hæc Lignicenſes, experti ſunt Vindobonenſes; & multò majora geſſiſſet, nî bella neceſſariò ſuſcepta, & vis mortis antevertiſſet meditata conſilia.*

Hæc, atque alia exempla Majorum, mirum eſt, quantum egregiam cæteroquin voluntatem Tuam

accen-

accendere potuerunt, ut Rei literariæ patrocinio ſuſcepto, nil prætermitteres, SAPIENTISSIME CÆSAR, *ad illius cultum, & ornamentum. Admirantur exteræ Nationes, quantâ curâ, quibuſque ſumptibus librorum ſuppellectilem colligi undequaque præceperis, inſtrui Bibliothecas refertiſſimas omnium linguarum, in omni diſciplinarum genere, Scriptoribus eximiis: ingeniorum itidem monumenta rariora, diligenter exquiri, quæ ſemel reperta Eruditorum publicæ utilitati dedicata, Nationibus omnibus uſui ſint futura. Mirantur & Imperatoriam Magnificentiam cùm intra Sacri Palatii mœnia locum Bibliothecæ dederis, & exquiſitis omnibus ornamentis nobilitaveris, quodque magìs æſtimandum, Viros doctiſſimos, & in omni Scientiarum genere exercitatos præfeceris.*

Sed nullum profectò majus ad excolendas literas incitamentum, quam Tuus CÆSAR GLORIOSISSIME *in eas amor & liberalitas, ipſaque Tua in ſolidioribus ſtudiis exercitatio, ob quam Latinæ linguæ candor nitidiſſimus à pluriumque aliarum copia Sacratiſſimo è pectore feliciter adeò manat, ut Nationes Imperio Tuo ſubjectæ utcumque lingua, & remotiſſimis Regionibus diſſitæ in uno Te nativam jucunditatem inveniant. Ob eamque cauſam quidquid ubique in lucem effertur, tamquam ad Sapientiſſimum Patrem ad Te religioſè defertur. Hos inter ego auſus annis præteritis Rerum Italicarum Collectionem dedicare, novos hoſce labores iterum ſiſto, quod Auguſtum Nomen Tuum expoſtulent, eò redituri, unde initium habuerunt. Liber enim hic induſtriâ meâ expolitus jam ante Patris Tui* LEOPOLDI *glorioſiſſimæ recordationis Nomen præſetulit.*

Neque Te dedignaturum ſpero ea, quæ Mediolanenſis

nenſis

nenſis hæc Civitas paravit: Urbs inquam illa, quam Tuo jucundiſſimo ſimul atque auguſtiſſimo adſpectu dignatus es ſemel ornare, quam tot prærogativis honeſtatam cumulaſti magnitudine beneficiorum, quibus nos permoti, quidquid noſtrum eſt, noſtrâve operâ elaboratum, Tui CÆSAREI *Nominis obſequio perpetuò ducimus conſecrandum. Demitte inquam, Te pauliſper ab excelſo ſolio Gloriæ Tuæ tot victoriis, ac trophæis ornato, & tenue hoc perennis obſequii argumentum excipe, quod humiliter offero; cùmque veterum Impp. inſcriptiones perlegeris, aptiſſimos omnium Tibi uni virtutum titulos invenies. Ipſe namque es, qui bello, & pace ſervas Imperium, qui partis Provinciis, Regniſque illud amplificas, qui Italiam ipſam ab armorum procellis hiſce temporibus liberaſti: adeò ut poſt tot egregia ornamenta, quibus Imperium decoras, unum tantummodo ſuperſit, quo Imperium evadere poſſit felicius, maximum quidem, votiſque omnibus expetitum, ut Auguſtum Filium videat; tunc quippe & nos erimus lætiores, cum Illum, divino beneficio acceptum, gubernaculis Orbis admoveris: tunc erit beata poſteritas, cum, Imperium per quingentos ferè annos ab* AUSTRIACIS CÆSARIBUS *retentum, perpetuis Domus Tuæ radicibus coaleſcat; tamque ſit Imperium immortale, quàm ſempiterna ſoboles* CAROLI VI. *Imperatoris. Id dum enixè precor à Deo Opt. Max. bonorum omnium Largitore,* per quem Reges regnant, & Principes imperant, *ad* AUGUSTISSIMÆ MAJESTATIS TUÆ *pedes ſubjectiſſimi obſequii teſtimonium hoc exiguum depono.*

Mediolani Kal. Novembris MDCCXXX.

IN NOVAM EDITIONEM
NUMISMATUM
COMITIS
FRANCISCI MEDIOBARBI
PRÆFATIO
PHILIPPI ARGELATI
BONONIENSIS.

AD antiquitatum ſtudia, quibus admodum delector, quibuſque alendis diuturnos labores facultateſque meas omnes dicatas ex editis hactenus Rerum Italicarum tomis noverint Eruditi, & rem Nummariam pertinere fatentur omnes, quod illius ope Chronologia temporum optime inſtauretur; ſincera Hiſtoriarum ſeries vel componatur, vel probetur; Veterum Religio moreſque, imo & ipſi corporum habitus cognoſcantur; ſolidioris eruditionis maximum pateat incrementum, atque ut uno verbo cuncta exponam, ingens habeat Critiee prælidium, ſine cujus luce per Scriptorum tenebras incedentes, non ſemel in inſignes deflectimur errores.

Hæc itaque meeum perpendens animo fingebam, ſi quid forte ad communem Literatorum Virorum utilitatem in hoc etiam probatiſſimo ſtudio conferre poſſem; ſed cum Antonii Auguſtinii, Goltzii, Occonis, Panvinii, Spanhemii, Vaillantii, Bandurii, Relandi, aliorumque hujus notæ celebriorum Auctorum opera diligentius inquirerem, vix aliquid ad eximios illorum labores adcreſci poſſe reputabam, multoque minus in hac Arte ceteris ſpicilegium reliquiſſe jam fere mihi perſuaſeram peritiſſimum antiquitatis Comitem Franciſcum Mediobarbum, qui theſaurum in ſua collectione nobis expoſuit.

Non ignorabam tamen ab aliquibus accuratiorem diligentiam in ejus opere fuiſſe deſideratam, jamque ſubaudivetam plures Literatos Viros quædam caſtigaſſe, quæ ad eluxatam ab Auctore Chronologiam reſtituendam erant neceſſaria; alios verò novo Nummorum augmento theſaurum ipſum ditiorem feciſſe; atque, ut varia ſunt hominum ſtudia, ceteros emendandis inſcriptionibus incubuiſſe. Frequens interim erat libri deſiderium, qui apud Noſtrates impreſſus, fruſtra quotidie ab antiquitatum ſtudioſis expetebatur. Iis itaque rem gratam facturus, novam editionem exhibere meditabar, ſed qualem Auctor ipſe, cui neque peritia defuit, neque ingenium, ſi diutius vixiſſet, ſecundis adhibitis curis paraſſet.

Extat namque adhuc apud Illuſtriſſimum Comitem Carolum Pertuſatum Patritium Mediolanenſem & Senatorem, nunc in Supremo Hiſpaniarum Conſilio Regentem, bonarumque omnium Artium cultorem eximium pretioſiſſimus Mediobarbi Codex, in quo plura ipſe vel correxerat, vel auxerat, filii ſui P. Joannis Antonii, de quo infra dicemus, calamo uſus. Et ſi diutius vixiſſet, operam certe ſuam ita numeris omnibus conſummaſſet, ut nihil aliud nobis deſiderandum ſupereſſet, mihique in renovanda ſua editione unicus tantum labor fuiſſet. Quod Auctor abſolvere non potuit, hoc idem ante me cogitaverat P. Joannes Antonius Mediobarbus Comitis ejuſdem filius, & hæres eruditionis paternæ, qui plura Numiſmata in indice patris ſui prætermiſſa ſuis in locis ad marginem libri notaverat; ſed etiam ipſe ad ſuperos vocatus optatum in clariſſimum Genitorem officium implere non potuit. Bene tamen & utrique Mediobarbo & literariæ Reipublicæ ceſſit, quod caſtigatum a Patre, & auctum a filio exemplar a laudato Comite Carolo Pertuſato in ampliſſima ſelectiſſimaque ſua Bibliotheca ſervatum eſt.

Non abſimilem operam navaſſe celebratiſſimum Anglum *Maſſon* a pluribus relatum erat, & inveniri apud hæredes *Henrion* Viri apud noſtrates notiſſimi nominis exemplar aliud intellexeram multis in locis repunctum, ac diligenti cenſura notatum; quamobrem oborta ſpes erat, ut ſi hæc omnia obſervare licuiſſet, facile purgatiſſimam editionem inſtruere potuiſſem. Nullum itaque officium prætermiſi ut deſiderii mei compos fierem, rogavi pluries, & quantum in me fuit, ſtudioſos omnes antiquitatis & rei nummariæ peritos inſtanter ſollicitavi, variâ tamen fortunâ; quippe quæ apud Illuſtriſſimum Comitem Pertuſatum erant, humanitate qua ſolet liberaliter conceſſit; immo Vir doctiſſimus & in hujuſce Artis peritia nulli ſecundus conſilium meum laudavit, monitiſque ſuis ita viam aperuit, ut ſublatas difficultates omnes in renovato Mediobarbi opere non

temere mihi perſuaſerim, pluſque me profeciſſe ab ejus doctrina profiteri cogor, quam a communicatis Mediobarbi junioris codicibus, ut infra narrabo.

Pari ſorte ab hæredibus Henrion conceſſum eſt alterum exemplar, neque ſatis laudaverim R. P. D. Martini Bouquet Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri humanitatem, qua menm deſiderium libenter, quantum in eo fuerat, implere ſtuduit; acceptique beneficii memor erga plures literatiſſimos Viros, qui conſilio, & monitis plurimum juvarunt, gratias publicitus refero, doleoque ſimul non arriſiſſe fortunam in ceteris quæ optaveram, & a laudato Maſſon pluries expetiveram: is enim jure ſuo uſus, nullo modo flecti potuit, ut ea quæ notaverat, ſua cum laude in hac editione publicarentur.

Evolutis itaque iis exemplaribus ab Illuſtriſs. Pertuſato, & ab hæredibus Henrion communicatis, ſtatim deprehendi plus in ſpe, quam in re poſitum; nil enim aliud continebant, quam uberiorem Numiſmatum copiam; ſuis enim in locis deſcripti nummi leguntur, quos Comes Franciſcus prætererat; laudandam ſane curam, ſed quæ ad calcem deduci non poſſit. Nam cui tantum fuerit otii, & lateris, ut quæ a majoribus inventa ſunt, & a nobis tertio quoque die e ruderibus antiquitatis excavantur, deſcribere, ac in ordinem redigere poſſit perenni labore ac diligentia? Immenſum certe opus neque ullo umquam conatu perficiendum.

Nonnulla etiam notata legimus in eo codice, quæ ad æquiorem lancem librata, tanti minime fecimus, ut publica luce digna putaremus. Unum tantum referam, quod vice omnium erit. Scripſerat Comes Franciſcus in uno Numiſmatum MAGNA URBICA: ſubdit Henrion *Il y a faute*, *deeſt* I. vultque legi MAGNIA. Extra controverſiam eſt Auguſtam Magniæ Urbicæ nomine fuiſſe appellatam; ſed liquet etiam experientia, veteres inciſores in Orthographiæ leges non ſemel peccaſſe, itaut literulas aliquas interdum omiſerint. Et ſane doctiſſimus P. Bandurius, cui præ manibus erat hic nummus, & inſcriptionem attente legerat, & ipſe ſcribit Magnæ, & altero in loco Magna demptâ I. quam nullibi obſervaverat. Error igitur ſi aliquis eſt, inciſori tribuendus eſt, oon Mediobarbo.

Optaverat etiam is Ceoſor eam in Auctore noſtro diligentiam, ut æs ab ære, modulum a modulo diſtingueret, & manum ipſe admovit; Verum non ſatis perſpicue diſtinctis vix duorum Imperatorum nummis, calamum poſuit: ſenſiſſe namque difficultatem puto, in quam & ſi peritiſſimus quiſque veniet, niſi longa peregrinatione ſingula Europæ Muſæa luſtraverit, & vim ingentem Numiſmatum improbo labore, nec pari fructu contrectaverit. Et ſane ad eruditionis incrementum, quod unice ab biſce ſtudiis eſt expetendum, nihil umquam conducere poterit formæ ſeu moduli notitia. Quod erat in eam rem præſtandum apprime præſtitit Mediobarbus, qui metallum a metallo diſtinxit, & Conſulatuum ac Tribun. Pott. ſeriem per annos ſingulos perpetuo ſervavit, celebratiſſimum Occonem imitatus: neque vitio ei vertendum, quod auctis ex Muſæo ſuo nummis Occonianis eorum magnitudinem non deſignaverit. Ad quid enim in paucis præſtaret, quod in ſingulis non poterat?

Sed jam ad novam hanc meam editionem redeo, ut conſilium meum ſatis exponam. Id primum attente peregi, quod erat maxime neceſſarium, nempe ut vetus editio ab iis Typograpborum erroribus expurgaretur, quos ab ipſo Mediobarbo enumeratos tribus integris paginis in calce libri adjectis animadverti, & a ceteris omnibus, qui non tam illius, quam filii ſui aciem aufugerant: triplicique iſta caſtigatione (nam plures & nos etiam emendavimus) nitidiſſimam lectionem reſtituiſſe non dubitamus. Evolutis deinde exemplaribus iis, quorum ante mentionem feci, adhuc erat moleſtus mihi ſcrupulus, quod neque a filio Mediobarbo, neque ab Henrionio Cenſore excuſſam Chronologiæ rationem animadvertebam, & utrumque, ut libere fatear, arguebam, quod umbram inſectantes a ſolidiori corpore diverterent, neque ſedulo inquirerent, an in Conſulatuum ratione ac nominibus Conſulum Auctor peccaſſet, an certo Imperatori nummos tribuiſſet, qui erant alteri tribuendi, an adulterinos pro ſinceris ſuppoſuiſſet; an demum in deſcribendis Imperatorum geſtis a Scriptorum fide aberraſſet, & Decennalium enumerationem ac temporis notas invertiſſet, quo Cæſares, vel Auguſti appellati, quove ad Imperium evecti, & vita functi defecerant. Omnia enim hæc a nonnullis in optimum virum ingerebantur, intereratque vel falſa diluere, vel probata emendare, ut nomini ejus & ſtudioſis antiquitatum conſuleretur.

Sane Auctor noſter bomo & ipſe cæſpitavit frequentibus lapſibus obnoxius, oon tam oſcitantia ſua, quam quod aliorum fidem eſt ſecutus. Quis Goltzium, Panvinium ac Baronium ſummos viros vades recuſaverit? Nihilo tamen ſecius a Peravio, Pagio, Noriſio, Relando, Tillemontio, Bandurio aliiſque pluribus cenſuram jure merito ſine famæ jactura ſunt paſſi, quod bumanæ naturæ tribuendum ſit vitium, de quo in adagio *non omnia poſſumus omnes*. Excuſandus itaque fuerat Mediobarbus, at minime parcendum erat errori, ne in antiquitatum ſtudioſis propagaretur. Quamobrem Cenſorem optimum, quem adhuc invenire non potueram, commoditati publicæ conſulturus provocavi, itàque novam editionem deſignavi, ut integre primam exhiberem, & paginarum nova forma veteri reſponderet, ea ductus ratione, ne eitati ſæpius Auctoris locum in vulgatis hactenus libris multo cum incommodo lectores quærere cogerentur; ſuiſque in locis

num-

nummos eos collocavi, quos Auctor in calce ſui operis adjunxerat. Additos vero a Mediobarbo filio ſimiliter appoſui, præpoſitis aſteriſcis, & poſſeſſorum nominibus enarratis, ejuſque plures emendationes inter Notas deſcripſi, nomine ipſius adjecto. Et licet incremento nummorum comparando, ut ſupra monui, minime ſtuduerim, officio quodam teneri me credidi erga utrumque Mediobarbum, quod communes in una familia labores eamdem ſibi ſortem vindicabant. Quæ tandem ad Chronologiæ rationem emendandam aliaque hujus generis ab Italo Cenſore ſunt adnotata, in calce cujuſque paginæ imprimenda curavi.

D. Franciſcus Maria Biacca civis Parmenſis is eſt in literaria Republica clariſſimus ob vindicatam in libro ſuo vernacule, ſed eleganti ſermonis puritate ſcripto Joſephi Flavii hiſtoriam ab accuſationibus, quibus eam celebris alter hujus ævi Scriptor vexaverat. Egregius ille & omni liberali doctrina politiſſimus vir ſatis oſtenderat quæ ſit illi notitia temporum, quæ antiquitatis peritia, & quæ in iis explicandis diligentia; quamobrem ad hominis ingenium & vires reſpiciens, fruſtra me apud exteros quærere cogitavi, quod in hac Urbe facile poteram invenire. Rogavi itaque amicum Virum, & proclivem in hæc ſtudia illius animum ad arduum opus illexi, quod alacriter ſuſcepit, & emenſo integri anni tempore feliciter conſummavit.

Notas itaque ſuas per ſingulas paginas opportunis in locis, quos aritmeticis numeris indicavi, perpetui commentarii vice diſtribuit, eo conſilio, ut quidquid in prima editione peccatum fuerat, emendaretur. Quod vero attinet ad Chronologiam, id D. Biacca profitetur, Mediobarbum cum Petavio, Pagio ac Tillemontio ſatis convenire, quod æram vulgarem Chriſti anno ab U. C. 753. conſtituerit, neque rationem eam ullibi interruperit; itaut nonniſi per ſummam injuriam erroris in hac parte arguatur. In eo tamen aliquoties erravit, cum electionem Imperatorum ſuis Conſulibus non bene alligaverit, idque in hac nova editione ſemper ab eo notatum. Conſulum item nomina alia pro aliis non ſemel ſuppoſuit, & diverſa ſæpius ab iis, quæ in veterum libris, & celebrioribus faſtis leguntur, quodque gravius eſt, eos qui erant unius anni alteri tribuit; iiſque reſtituendis D. Biacca, Goltzium, & Panvinium non ſine cognita cauſa eſt ſequutus; at ubi caſtigatos eos cognovit a Petavio, Pagio, Noriſio, Tillemontio, aliiſque hujus notæ Chronologis, excuſſis rationibus ad inquirendam veritatem neceſſariis, a primis recedens, ad celebriores alios tutamque ſemitam ſeceſſit, eorumque ſententia Conſulatus omnes, Tribunitias Poteſtates, Cæſarum & Auguſtorum appellationes, geſtorum ordinem, decennalia, inaugurationes, ac Principum obitus tempora correxit, & Mediobarbi librum ſuo ſplendori ac genuinæ lectioni reſtituit. Ut autem commodius errores expurgaret, qui Auctorem noſtrum infecerant, ſeu cum nummos deſcripſit, ſeu cum eorum ordinem invertit, ſeu cum fictitios, & ſuſpectos pro ſinceris probavit, Spanhemium, Vaillantium, Patinum, Oyſel, Auguſtinium, Bandurium, & Angelonum conſuluit rei nummariæ peritiſſimos, aliquoties etiam & Harduinum. Quorum opera etſi uſus etiam fuerit Mediobarbus, eoſque ſibi ſuffragari ſit arbitratus, re ad ſeveriorem trutinam perpenſa, eidem adverſari manifeſto comperiit.

Probavit etiam ad Critices lapidem ſuſpectos nummos, falſoſque nonnullos Cenſor notavit; at ſi fortaſſe aliquis adhuc a cenſura reliquus, id æquus æſtimator excuſabit, cum ſciat arduum eſſe opus ac ferme impoſſibile de nummo, niſi metallum, & imagines oculo ſubſint, ſola conjectura judicare.

Hiſce propterea curis expolitus Auctor in publicam lucem iterum producitur, ut Literatorum omnium plauſus renovetur, eo majori cum fructu, quo nullus hodie ſuperſit locus, in quo ſit ab eis hæſitandum. Reliquum eſt, ut de iis, quæ Mediobarbus pater promiſerat, quæque ipſe aucupari, ut ita dicam, non prætermiſi, conatu tamen irrito, referam. Vulgaturum ſe Romanos faſtos, & Græcorum Numiſmata ſcripſerat ille in libro, quem recudimus, & fidem ſuam obligaverat Auctor noſter; abſolutum ego utrumque librum opinatus in Joſeph Antonii filii poteſtatem veniſſe credidi. Neque me mea fefellit conjectura. Nomen is dederat Congregationi Clericorum, quos vocant Somaſchæ, itàque rem nummariam coluit, ut miro ingenii luſu ab ea diſcedere noluerit, cum panegyrim ſcripſerat Ludovico XIV. Galliarum Regi eo in libro, cui titulus *Ludovico Magno Panegyricus Imperatorum Romanorum nummis contextus*, quo maximam ſibi de eo Rege gratiam, & ab Eruditis omnibus famam comparavit. Ad Superos in hac Mediolanenſi Urbe vocatus, ſuas patriſque Schedas reliquit, eaſque in Bibliotheca S. Petri ſervatas tandem nactus, D. Joſepho Maria Stampa ejuſdem Congregationis Præpoſito Viro doctiſſimo humaniter concedente, iterum iterumque ſingulas examinavi; ſed omnia adeo erant incompoſita, & turbata, ut cum prædam manibus contrectarem, ſpem omnem amiſerim. Erant & Faſti Romani, erant & aliquot notata Græcorum Numiſmata; ſed in adverſariis, quæ collectori ſuo uſui erant ad concinnandum opus, non vero ceteris eſſe poſſunt.

Et quantum ego attenta lectione conjectari potui, Faſtos ipſe abſolvere ſatagebat, poſtremamque operam Græcis Numiſmatis deſtinaverat. Quamobrem dolendum, homini peritiſſimo, qui aliorum ſtudiis opem certe laturus erat, vitam non ſuffeciſſe, quo fidem ſuam liberaret.

Hactenus

Hactenus ea quæ ad cognoſcendas curas noſtras in caſtigando Auctore pertinent. Nunc te, Lector humaniſſime, rogo, ut cum librum noſtrum aperueris, ad imaginum elegantiam reſpicias, in qua etiam parte rem gratam tibi facturum fore non dubitavi, ſi diligenter inciſas ederem. Uſus itaque ſum opera Joſeph Pini Parmenſis, qui Sereniſſimo Parmæ Duci munus hoc aſſidue præſtat tantâ diligentiâ, ut jam Piccarto æquari poſſit, vel artis peritiam ſpectes, vel ſimillimas imaginum formas, & in ſcalpendis noſtris id ei commodi datum ab eruditiſſimo & amico P. Petro Pioveni Sereniſſimæ Celſitudinis Ciмiliarcha, ut nummos ſingulos in celebratiſſimo Muſæo ſervatos inſpicere potuerit, & a veteri forma novam exacte repræſentare. Accipe igitur, amice Lector, grato animo laborum noſtrorum fructum, & ſi hæc tibi placuiſſe cognovero, bonuſque Deus vitam & otium dederit, novo fortaſſe labori manum apponam, eruditis pluribus Viris morem geſturus, quibus ad collectionem Græcorum Numiſmatum ſollicitor, ac ferme urgeri me ſentio, ſuam ipſis opem ſpondentibus. Iiſque præſidiis alterum tomum ita componam, ut vix aliquid in re nummaria ſit ultra deſiderandum. Studiis interim noſtris fave, & Vale.

IMPERATORI CÆSARI
D. FERDINANDI III. PACIFERI FILIO,
D. FERDINANDI II. BOHEMICI, ET PANNONICI
NEPOTI

LEOPOLDO AUSTRIACO

OPT. MAX., SARM. MAX., PANNON. MAX.
P. P.
SALUTEM, VICTORIAS, TRIUMPHOS.

Victoria cum Trophæo Gemma antiqui operis ſcalpta, & in munitione oppidi, quo ſedem belli contra Neronem Ser. Galba delegerat reperta, & fauſtum belli omen; & ipſum Juſtum, Pium, & faventibus Diis ſuſceptum deſignare credita eſt LEOPOLDE AUGUSTORUM AUGUSTE. Nec ſecus excipias velim inter bellicos hos turbines, quibus fervet Europa, atque Aſia, hæc meo ſtudio, ex Vetuſtatis ruderibus eruta, atque in unum congeſta Impp. Romanorum Numiſmata, quæ tuo ſemper AUGUSTO, ſemper VERENDO, ſemper FELICI nomini (pro mea, & Proavorum meorum, erga M. T. C. & S. R. I. obſervantia) ſubjicio, & ſacro; ut ex vectigalibus hiſce Emblematis, quæ ſunt CÆSARIS, CÆSARI reddita intelligas, ſimulque in tot Auguſtorum impreſſis Victoriis, ac Triumphis, innumeros, quos tibi ominor, AUGUSTORUM CLEMENTISSIME, AC MAXIME, intuearis. Quid enim aliud portendunt VICTORIÆ JUSTÆ, ÆTERNÆ, DACICÆ, AUGUSTÆ, GERMANICÆ, & PARTHICÆ Numiſmatibus ſignatæ, quam victori tuo capiti laureas Dacicas, Pannonicas, Germanicas, Thraciaſque acceſſuras? TRIUMPHI, AUGUSTI, PARTHICI, QUADI, quid aliud prænunciant, quam ſubactis Pannonibus, devictis Barbaris, PACE in S. R. I. PERPETUA FUNDATA, te GENTIUM BARBARARUM TRIUMPHATOREM, FUNDATOREMQUE PACIS? Quid aliud ominantur Trophæa varia, abjecta ad pedes Cæſarum Rebellium capita, Quadrigæ Triumphales, Victoriæ Laureas Impp. capitibus imponentes, Signum denique Conſtantino Magno Divinitùs oſtenſum, quam te IN HOC SIGNO UBIQUE VICTOREM? DANUVIUS jacens, DACIA CAPTA, PANNONIÆ, ASSYRIA, ET PALÆSTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTÆ, ARABIA, & DACIA AUG. PROVINCIÆ, ASIA, denique AFRICA, & EUROPA an non juſtis, ac victricibus tuis Armis, Daciam, Pannoniam, Terrarumque Orbem ipſum ceſſurum augurantur? REX PARTHIS, REX ARMENIS, REX QUADIS DATUS, quid aliud, quam Reges ſubjiciunt à tuo nutu pendentes, & REGNA tuis virtutibus Divinitùs plura ADSIGNATA? Adde RESTITUTIONES ASIÆ, DALMATIÆ, ITALIÆ, DACIÆ, MACEDONIÆ, & SARMATIÆ, quæ te HUMANI GENERIS, SÆCULI, REIPUBLICÆ, totiuſque ORBIS RESTITUTOREM pollicentur. PROVIDENTIA denique, CLEMENTIA, JUSTITIA, TRANQUILLITAS, CONCORDIA, PAX, SALUS, GLORIA PERPETUA, nonne SALUTEM PUBLICAM, SECURITATEM IMPERII, GAUDIUM REIPUBLICÆ, GLORIAMque NOVI SÆCULI SAPIENTIA PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI LEOPOLDI TER MAXIMI PACE UBIQUE PARTA certiſſimo VIR-

TUTIS AUGUSTÆ augurio deſignant? Age igitur Inviƈtiſſime CÆSAR, VOTA ORBIS imple, tot, tantiſque Auguſtis Auguriis fultus EXERCITUS GERMANICOS, DACICOS, AUGUSTOS, VIRTUTE, FIDE, & CONCORDIA MILITUM ſemper Victores AUGUSTA EXPEDITIONE, BONI EVENTUS ſecurus, in hoſtes dirige, FORTUNA, & VIRTUTE AUGUSTI videbis ubique Barbaros ſtratos, Rebelles ſub jugum miſſos, Provincias receptas, ipſiſque tuis XXV. VICTORIAS LÆTAS, PROVIDENTIA, & FELICITATE AUGUSTA, VIRTUTEQUE EXERCITUS partas cum SECURITATE, & GLORIA REIPUBLICÆ TRIUMPHO AUGUSTO produces. Faxit Deus ut SIC XXX. SIC XXXX. SIC SÆCULARIA SACRA Imperii tui celebrentur, Beata enim TRANQUILLITATE, VIRTUTE, & PIETATE INVICTI AUG. reſtituta, LÆTITIA FUNDATA Terrarum univerſus Orbis fruetur. PROPAGINEM interim IMPERII, BONOQUE REIPUBLICÆ NATUM JOSEPHUM ARCHIDUCEM INVICTI PII FILIUM ſpem Reipublicæ, CÆSAREMQUE DESTINATUM, ut PLURES videat NATALES FELICES, SOSPITATOR, CONSERVATOR, SALUTIS DEFENSOR, AUGUSTORUMQUE TUTATOR, DEUS ROMANORUM ADJUTOR, ſoſpitetur, tueatur, ÆTERNA FELICITATE, PERENNITATEQUE AUG. donet, ut ſupplex humiliſſimis, ferventiſſimiſque votis ad ſacros M. T. C. pedes projectus, in ſubjectionis, obſervantiæ, grati animi, devotioniſque Teſſeram precatur.

DEV. N. MSQ. EJUS

Mediolani Kalendis Januarii Anni 1683.

Franciſcus Mediobarbus Biragus.

COMITIS
FRANCISCI MEDIOBARBI
PRÆFATIO.

LECTORI BENEVOLO
AUCTOR SALUTEM.

SOlent qui libros in publicum emittunt, præfando conſummati operis occaſionem, argumentum, utilitatemque deſignare. Horum calcare ſemitas animus eſt amice, ac erudite Lector, ut & operis rationem, & hoc non tantum Antiquorum Numiſmatum ſtudio accomodatum, verùm Univerſali Hiſtoriæ facem præferens, cunctiſq; ſtudiorum generibus noſcas deſervire: Et niſi Eruditiſſimus Eques Carolus Patinus & in Præfatione ad Familias Romanas Fulvii Urſini à ſe auctas, & in Hiſtoria Numiſmatum Gallicè ſcripta, & poſt eum ſæculi decus Clariſſimus Ezechiel Spanhemius, edito inſigni, numquamque ſatis laudato opere, præſtantiam, & uſum Numiſmatum antiquorum jam ſatis abundè, eruditè, & doctorum omnium plauſu in literas miſiſſent, primo loco de his mihi differendum eſſet, ſed cum jam Spartham hanc, ut dixi, feliciter impleverint bina hæc Sæculi lumina, ad operis mei tranſeo occaſionem, quam præbuit Adolphi Occonis Liber, qui ut uberior cæteris de re Nummaria in lucem emiſſis, inſignique eruditione refertus, maximèque Numiſmatum ſtudium juvans, ita jam cum Sæculo ſeneſcebat. Edita poſt eum à Gorleo, Hulſio, Triſtano, Angellono, Patino, Vaillantio, Seguino, Sponnio, Aſcanio, Hemellario, Oyſelio, Bellorio, Paruta, Auguſtino, Spanhemioque, ac cæteris hujus Sæculi rei Nummariæ Scriptoribus, tot, tantaque ejuſdem ſupplementum ſuadebant; Sed quis tanto oneri par? ubi laboris patientia requirenda? plura emendanda, plura illuſtranda, plura adornanda antequam opus attingeretur: Supplementum Numiſmatum, opus, & labore, & patientia maxima conſtans, Faſtorum deſcriptio, & ad Nummorum fidem accomodatio, opus ut novitate fortè placiturum, ſic fortè audaciæ nomen meriturum. Fluctuans in ancipiti, Faſtorum Imperialium ordini manum appoſueram, cum Romæ degens Aprili 1679. D. D. Abbatis Raphaëlis Fabretti, ac Franciſci Camelli inſignium eruditione, totoq; Orbe notorum Virorum conſilium exquiſivi, qui ea qua ſolent humanitate opus aggredi viriliter Gloriæ argumentis ſuaſere, difficultatem faſſi, eam ſtudio, & tempore vinci poſſe affirmarunt: ſeriò hic meditari opus incœpi, paucoſq; poſt dies reverſus in Patriam Faſtis Imperialibus conſummatis, ineunte Octobri ejuſdem Anni manum operi admoveo, Occonis Numiſmatibus ſingulis exſcriptis, iiſdem ſedes ſecundùm Chronologiæ regulas aſſigno, ea cum Muſæi noſtri Numiſmatibus primo loco confero, addenda addo, ſubinde tam ex Auctoribus Occonem ſubſecutis, quam ex Amicorum ſcriptis, ac ſcriniis augmentum operi quæro, excreſcit hoc, & in immanem conſurgit molem, hinc bipartiendum neceſſariò exiſtimo, & ut Libri deformitas tolleretur, & ob Argumenti Latinorum, à Græcis diverſitatem; Latina enim Numiſmata, vel circa Chronologiam, Faſtoſque, vel circa geſta Imperatorum verſantur, Græca verò, & Coloniarum, ſolam reſpiciunt antiquam Geographiam, paucaque Græca Annos Imperii deſignant, non charactere hiſtorico, ſed nuda literali nota, unde argumenti diverſitas, operis etiam monebat partitionem. Accedebant Clariſſimi, & in re antiquaria præſtantiſſimi Johannis Vaillantii promiſſa, quibus totus eruditus Orbis fidens, brevi Coloniarum, & Græca Numiſmata ejuſdem laboribus ſperat illuſtrata videre; nec D. Equitis Patini probati labores, & ditiſſima Inſcriptionum Græcorum Nummorum penus, quam publici juris facere parat, aliud ſuadebant, quam operis diviſionem, poſt enim emiſſa vel Vaillantii, vel Patini opera fruſtra laboraſſem, horum enim meſſorum manus nullæ effugiſſent ſpicæ; Hinc decrevi opus bipartire, primo volumine Latinis, altero Coloniarum, & Græcis Nummis aſſignato; Sed cum Sereniſſimus, Clementiſſimuſq; Princeps Magnus Dux COSIMUS III. Hetruriæ feliciter Imperans Coloniarum Nummos nuper ex Hiſpania receptos deſcribi à Reverendiſſimo P. Noris, mihique cum aliis tranſmitti benigniter indulſerit, Talentum à tanto Principe acceptum in Terram fodere nolui, ſed publici juris facere ſtatim decrevi, hincq; Coloniarum Nummos Latinis ſubtexui, tantòque libentiùs hoc peregi, quod nec volumen eorum acceſſione deformaretur, & Lector ordinem, quem in Græcis digerendis ſecuturus ſum ex ordine Coloniarum poterit agnoſcere. Ne verò eorum vultus deſiderares, quorum geſta ex Nummis noſcebas, curavi à perito Artifice Simone Durello ſingulorum Impp. Auguſtorum, & Tyrannorum ora ex Nummis petita in æs incidi, diligentia, ut videre eſt, ſatìs exquiſita, quo & opus exornatum eſt, & curioſitati plerorumque factum ſatìs; & quia cunctorum Auguſtorum memoria Latinis Nummis conſignata non fuit, nè opus ex parte mutilum videretur, neceſſariò Græcis Nummis Latinorum defectum ſupplere ſtatui, ſicque ubi Latinos non inveni, Nummos Græcos repoſui, ut interim dum Græcorum volumen ad juſtam conſummationem perveniet (quod biennio Deo dante futurum ſpero) his fruare amice, ac erudite Lector.

Quo verò ad Chronologiam, & Faſtos attinet, ſcio plurium cenſuram effugere non poſſe, cùm pluries à receptis Panvinii Faſtorum Patris, Golzii, Eminentiſſimique Cardinalis Baronii, cæterorumque receſſerim placitis, ſed rogo, atque obſecro à cenſura tantiſper ſuperſedeant, opere enim peculiari, quod brevi emiſſurum ſpondeo, Antiquos omnes Faſtos Nummorum, & Inſcriptionum fultus teſtimonio, auxilioque Eruditiſſimi P. Noris reſtituere tentabo; interim ſciant me Faſtos ad fidem Nummorum accomodare, non Nummos ad fidem Faſtorum debuiſſe.

Stellulis additamenta adnotavimus, ut faciliùs, quid in hac editione actum ſit appareret, Auctorumque nomina appoſuimus, ut & fides dictis conciliaretur, & ſi quid ab his peccatum in deſcriptione Nummorum, mihi non imputaretur. Singulis Annis character Hiſtoricum ex probatiſſimis Auctoribus addidimus, & ut faciliùs Hiſtoricorum placita Nummorum teſtimonio firmari poſſent, & ut ſic enucleata Hiſtoria Lectorum animos facilitate ad ſe pertraheret. Et quia ſudante prælo plura ab Amicis accepi, quæ ſuo loco reponere jam impoſ-

impoſſibile erat, Addendorum Catalogum ſtatim ſub finem operis ſubtexui, ne pretioſorum aliquot Cimeliorum memoria excideret. Indicibus quinque labore Herculeo compactis opus ornavi, ut facilitate manuducente creſceret Antiquitatis ſtudium. Indicem Impp. nomina Alphabetico ordine referentem operi præpoſui. (*) Poſtpoſui verò primo loco Indicem Partium adverſarum, in quo digerendo, ut nulla neceſſaria omiſi, ſic Adverſarum partium Inſcriptiones, quibus ſoli Magiſtratus deſcribuntur, puta IMP. VI. COS. III. &c. P. M. TR. P. COS. &c. præterii, eæ enim ex Inſcriptionibus Magiſtratuum Auguſtorum, ſingulis annis præpoſitis, petendæ ſunt, cum ex his pateat quo anno quis TR. P. inceperit, continuaverit, vel conſummaverit, ut & ſic de cæteris Magiſtratibus. Hunc ſubſequitur Index, quo ſecundum ordinem Alphabeticum Familiarum, Illuſtrium Virorum nomina in Nummorum adverſis partibus occurrentia digeruntur, cui ſuccedit Coloniarum, & Municipiorum toto opere deſcriptorum Index, extremumque locum claudit Index tum Auctorum, quàm Muſæorum Eruditorum, Illuſtriumque item Amicorum, quibus juvantibus operi ſupplementum paratum eſt. Venio nunc ad ſcopulum, in quem omnis impingit librorum navis, errores dico, quorum numerus certè non exiguus, ſed ſi ſpectes & molem operis, & Argumentum paucis cognitum Mediolani, ubi impreſſio proceſſit, ex quo mihi neceſſariò corrigendi onus incubuit, fateberis venia aliqua dignum hominem, qui & privatis negotiis alligatus, & operi digerendo, & pluribus rebus neceſſariò intentus, Typographica errata omnia non animadvertit, quædamque ſcripſit, quæ correctionem merentur; hinc antequam opus inviſeas erratorum tabulam ex recenſione Eruditiſſimi, Reverendiſſimique P. Noris adeas quæsò, ut ea manuducente ad illud ſecurus accedas.

Et quia contra utilitatem operis ſcio quoſdam ſic declamare: quorſum hæc? volumine tam amplo quid præter Numiſmatum deſcriptiones continentur? cui hæc ſcripta? Antiquariis, queve Numiſmatum delectatione tenentur? hi vel pauci, vel jam ſatis edocti tuo labore carere poterant, quid cum hoc Politici, quid Juſdicentes, quid cæteri denique ſtudioſi? Inanis labor, incaſſum ceſſurus: ideo eorumdem objecta diluturus ſic reſpondeo. Opus meum, argumento, diſpoſitione, fine, cunctis ſtudioſis, non phyſicè neceſſarium, ſed moraliter utile futurum. Antiquarii, queve Numiſmatum delectatione tenentur plura ex eo excipient, diſpoſitionem, ſeu ſeriem Nummorum facilitate quam maxima, duce opere meo peragent, ex eo enim, quo Anno ferè ſingula Numiſmata cuſa ſint intelligent, ad quas Victorias, cæteraque geſta ſint referenda, tam in characteribus Hiſtoricis ſingulorum annorum, quàm in notis ad pleraque Numiſmata ex Hiſtoricis petitis, invenient. Chronologi exactam Annorum Immortalis Urbis, & Dionyſianæ Epochæ comparationem, Imperatorum Epochas, Conſulum nomina (inter quæ plura reſtituta) Magiſtratus Auguſtos ſuo loco repoſitos offendent. Politici ex notione ante actorum ab Auguſtis (quæ omnia Nummis conſignata invenient) monita agendorum ab exemplis accipient, quibus loco, & tempore cum fructu utantur. Juſdicentes ipſimet quid non invenient? primò Auguſtorum, qui legibus ſubſcripſere vultus noſcent, Annum ſubſcriptionis ex Conſulum nominibus colligent, ordinem, ſeriemque ipſorum accipient, quod maximè neceſſarium monuit eruditiſſimus J. C. Dionyſius Gothofredus, qui dum leges Cod. Theodoſiani illuſtravit ante omnia Chronologicam diſpoſitionem ut apprimè neceſſariam ſuo operi prætexuit. Hiſtoricis, tam Sacris, quàm Profanis, Pictoribus, Poëtis, Philologiſque cæteris quid non conferet hoc opus? Notitiam Hiſtoriæ adamuſſim enucleatæ, temporum ſeriem exactè expanſam, Geſta Auguſtorum bona fide, certiſque teſtibus enarrata, eorundem ora ex nummis Synchronis teſtibus genuinè relata, omniſque denique Antiquitatis, Deorum, Dearumque, Magiſtratuum tam Civilium, & Religioſorum, quàm Militarium, Dignitatum, Inſtrumentorum, Armorum notitiam, Deorum, Heroum, & Virtutum Iconologiam, Veſtiumque formam, & cætera deſcripta invenient. Sexus denique ut pulchritudine excellens, ſic fragilitatis alexipharmacis maximè indigens, ibidem Pudicitiam, Concordiam, Fœcunditatem, cæteraſque fœmineas dotes Auguſtabus in Nummis oblatas offendent, quibus innatus virtutis amor augeatur, exempliſque virtus firmetur. Adverſariorum objectis ſublatis, duo ſunt quæ à te petam candide, & erudite Lector, primum ut erratis ignoſcas, meque melioribus erudias, alterum ut ſtudia noſtra juves, tam in concinnando Volumine Græcorum, quàm in augendo hoc Latinorum, & Coloniarum, ad me tranſmittens quotquot nanciſci poteris deſcriptiones Nummorum tam Græcorum, quàm Latinorum, & Coloniarum præſenti volumine non deſcriptorum, ſpondeo enim cum Græcorum volumine, Auctarii nomine publici juris facturum quidquid, vel ex Latinis, vel ex Coloniarum Nummis operi meo tua benignitate accedet. Interim vale, & fave.

(*) In hac editione invenies in calce.

Digitized by Google

IMPERATORUM ROMANORUM NUMISMATA A POMPEJO MAGNO AD HERACLIUM.



POMPEJUS Romæ, Patre Strabone naſcitur, cùm juvenili floreret ætate, extemplò mores, & verendi, & regii eluxere. Anno ætatis XXIII., necdum in Senatum admiſſus, *Imp. appellatus eſt*. Cinna etenim à militibus cæſo, in Picenum ſe contulit, tribuſque legionibus conſcriptis, & tribus Marianis Ducibus fugatis, L. Sullæ ſe ſe conjunxit, à quo *Imperatoris* Nomine ſalutatus eſt. Inſequente anno à Sulla primùm in Siciliam, adversùs Perpennam, & Carbonem, mox in Africam, adversùs Domitium mittitur, profligatis hoſtibus, & occiſis, inter Reges judicat, tanquam arbiter. Poſt reditum ex Africa *Magnus* à Sulla appellatus eſt, inde Proconſul in Iberiam adversùs Sertorium mittitur. Is tribus fulſit Triomphis, Belli Africani contra Hiarbam, Hiſpanici contra Sertorium, Pontici contra Mithridatem. Anno ætatis XXIV. *Magni* nomen à Sulla adeptus eſt, eoque vel invito, vel renitente de Africa triumphavit, quamvis, nec Conſul, nec Prætor, nec Senator eſſet per ætatem. Plutarchus tamen teſtatus eum, per ætatem, in Senatum legi potuiſſe, ſed honorificentius ſibi futurum duxiſſe, ſi primus ex Equitibus Romanis triumphaſſet. De eo vide plura apud *Plutarchum in Pompejo*, *& Plin. lib. 7. cap. 26.*

CN. POMPEJUS MAGNUS CN. F. S. N. *Primus Eques Romanus de Africa triumphavit.*

COSS. M. Tullius Decula. Cn. Cornelius Dolabella. *A.U.C. 673. Ante Chriſtum* 80.

Ar. CN. MAGN. IMP. Quadrigæ Triumphales.
ROMA. Caput Romæ Galeatum.
X ROMA. Caput Romæ, ut ſuperiùs.

POMPEJUS MAGNUS PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. ex S. C.

COSS. C. Calpurnius Piſo. M. Acilius Glabrio. *A.U.C. 687. Ante Chriſtum* 66.

Infeſtantibus Piratis P. R. Provincias, & Maria, Gabinius Pompejo amicus Auctor fuit S. C., quo ſub titulo, PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. cum ProConſulari Imperio Bellum Piraticum Pompejo commiſſum eſt, ejuſdem Imperio in P. R. Claſſes, Maria omnia, itemque litora quingentorum ſtadiorum ſpatio prorogato.

Aur. M. PIUS IMP. ITER. Caput Pompeji, cum Lituo, & Simpulo.
PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Vir nudus, dextro pede roſtro Navis inſidens, dextera apluſtre tenens, utrinque Amphinomus cum fratre parentem utrumque, ex Ætnæ Incendio illæſum efferentes.
Pietatis typus eſt, & alludit Nummus hic ad nomen Magni Pii. *Valer. Max. lib. 5. Cap. 4. Notiora ſunt fratrum paria, Cleobis, & Biton, Amphinomus, & Anapus, illi, quo ad Sacra Junonis peragenda, Matrem vexerunt, hi quod Patrem, & Matrem, humeris per medios ignes Ætnæ portarunt.*
* MAGN. PIUS IMP. ITER. Caput Pompeji.
* PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Cneji, & Sexti Pompejorum Capita adverſa cum Lituo, & Simpulo. *Gorleus f. 65.*
Lituus auguratus proprium ſignum, erat Baculus ſine nodo à ſummo inflexus, hunc in parte, qua robuſtior eſt, Augur manutenebat, eoque Cæli regiones, deſcribebat, deſignabatque metas, intra quas ſe obſervaturum ſigna conſtituerat.
Simpulum, vas parvum, non diſſimile Cyatho, quo vinum in ſacrificiis libabatur.
Ar. MAGNUS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.
PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Trophæum navale.
Neptunus Saturni, Opiſque filius, cui maritimum ceſſit Imperium in diviſione cum Jove, ac Plu-

 tone

tone fratribus facta. Tridente pro ſceptro utitur, ut poteſtatem, quam habet tollendi, placandi, ſervandique æquoris, oſtendat. Natal. Com. Mythol. lib. 2.

MAGNUS PIUS IMP. ITER. Columna cum Neptuno, ſiniſtro pede roſtrum Navis calcante, infra quem Triremis, Fuſcina, ſignum legionarium.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ambabus manibus Temonem navis elevantis. Scyllam egregiè deſcribit Virgilius ſic:

Candida ſuccinctam, latrantibus inguina monſtris,
Prima hominis facies, & pulcro pectore Virgo
Pube tenus, poſtrema immani corpore Piſcis
Delphinum caudas, utero commiſſa luporum.

M. PIUS IMP. ITER. Caput Pompeji cum Lituo, & Simpulo.

PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S.C. Vir nudus, dextro pede roſtrum Navis calcans, dextra aplustre tenens, utrinque Amphinomus, cum fratre, parentes ex Ætnæ incendio illæſos efferentes.

✱ IMP. ITER. Caput Neptuni cum Tridente.

IMP. TER. Trophæum Navale. *M. N.*

✱ NEPTUNI. Caput Pompeji M. cum Tridente, & Delphino.

Q. NASIDIUS. { Navis Prætoria.
Quatuor Triremes, aliæ contra alias invicem diſpoſitæ. *Patin. famil. Naſidii n. 2.*

Naſidii hujus meminit Cicero Philipp. 7. & Cæſar 2. de bello civili ſcribit. L. Naſidius cum claſſe ſexdecim Navium à Cn. Pompejo, L. Domitio, Maſſilienſibuſque ſubſidio miſſus eſt. *Errore librariorum prænomen Naſidii, ex Q. in L. mutatum, reſtituunt Nummi hi, quibus ſub Neptuni ſpecie, caput Magni Pompeji ſignatum eruditiſſimis probavit argumentis Illuſtriſſimus olim, eruditiſſimuſque Petrus Seguinus in Epiſtolis, ubi Nummum hunc explicat, profunda ut ſolet eruditione.*

✱ MAGNUS PIUS IMP. ITER. Caput Neptuni, cum Tridente.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Scyllæ Typus, ut ſuperior. *M. N.*

Ær. MAG. Caput Jani ſpicatum.

PIUS IMP. Prora Navis.

Janus, ſive Genius, ſive Rex fuerit, dicitur ferum, & ſilveſtrem cultum in urbanum, civilemque mutaſſe, Biceps pingitur, quia, & præterita ſcivit, & futura prævidit.

MAGNUS PIUS IMP. Duo capita ſpicata, vel Jani caput.

EPPIUS dimidiata Navis. *M. N.*

M. Eppius equeſtris ordinis homo, vigilans, & induſtrius à Cicerone vocatur Epiſt. 13. ad Atticum, Scipionis in Africa legatum fuiſſe Nummus alius oſtendit. Hic verò ante Pompeji legatum, vel in Navali aliqua expeditione Pompejanarum partium Ducem nos docet.

MAGNUS IMP. ITER. Caput Pompeji ſpicatum, cum Gutto, & Acrotirio.

PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Victoria inſiſtens Navi cum monſtro illo, quale in argenteis.

Guttus idem, ac Simpulum, Acrotiria, ſive Platei navales ad ornatum proræ, puppiſque prominentia. Ex Roſino lib. 10. antiq. Rom.

POMPEJUS M. PROCOS. *Hiſpaniam obtinet.*

A.U.C. 699. Ante Chriſtum 54.

COSS. Pompejus Mag. II. (1) *M. Licinius Craſſus.*

Aur. MAGN. PROCOS. Prora Navis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vitta NUMA.

✱ CN. MAGNUS IMP. Figura inſiſtens dextro crure proræ navis, cui Hiſpania ſtolata, dextra palmam porrigit, ſiniſtra duo ſpicula tenet, ad pedes duo ſcuta.

M. POBLICI PROPR. Palladis Imago. *Gorleus f. 65.*

M. Poblicius leg. ProPrætore in Hiſpania ſub Pompeio fuit, de hoc ſcribit Florus lib. 3., & Appianus in Mithridaticis, ubi Plocius, errore librariorum ſcribitur, non Poblicius. Circa verò Flori, & Appiani Textus eruditiſſimè, ut ſemper Fulvius Urſinus in notis ad hunc denarium familiæ Poblicia.

Ar. MAGN. PROCOS. Prora Navis.

CN. PISO PROQ. Caput Numæ Vittatum, & in Vitta NUMA.

MAGN. PROCOS. Delphin, haſta pura, Aquila.

VARRO PROQ. Jovis terminalis caput, aut Hermæ effigies.

M. Terentius Varro, Pompeji in Hiſpania legatus, claſſibus ejuſdem præfuit navali ab eo Corona donatus. Plinius lib. 7. cap. 30. & lib. 16. cap. 4.

Hermæ autem effigies, in altera ejus Nummi parte, obſcurum eſt, quo pertineat, niſi fortè ad M. Varronis imaginem, quæ uni viventi, in Bibliotheca Pallionis poſita fuit; Teſte Plinio, virorum enim illuſtrium imagines Hermæ figura, inſcriptione adiecta ſolebant indicari.

Ad Pompeii porrò Imperium in Hiſpania indicandum, ſceptrum, & Aquila impreſſa eſt, ut Delphin ad maris Imperium, ex S. C. Bello Piratico eidem conceſſum.

CN. MAGNUS IMP. Caput Pompeji.

M. MINAT. SABIN. PROQ. Pompejus jungens dextram cum muliebri figura, ad cujus pedes ſcutum, inter Pompejum, & figuram plura ſcuta, à tergo Pompeji dimidiata Navis.

Minatium hunc Pompeii in Hiſpania ProQuæſtorem, Nummus hic ſolus indicat, ſilentibus ubique hiſtoricis, nam, & ProQ. inſcribitur, & Hiſpaniæ Typus in Nummo conſpicitur, eumque ideo cum eruditiſſimo Urſino Pompeji in Hiſpania ProQueſt. judico.

✱ CN. M. IMP. Caput Pompeji.

✱ M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura laureata militari habitu jungit dextras cum alia figura non laureata, primam figuram victoria dextra coronat, ſiniſtra Trophæum armorum ferens. *Patin. Fam. Minat. n. 2.*

✱ CN. M. IMP. Caput Pompeji.

✱ M. MINAT. SABIN. PROQ. Figura genuflexa globum offert aliæ figuræ, Imperatorio habitu, quæ

(1) M. Licinius Craſſus II. *Panvin. & Golts.*

Digitized by Google

quæ globum monſtrat figuræ radiatæ, & muliebri habitu dextram ori admoventi. *Patin. ibid. n. 3.*

CN. MAGNUS. IMP. Figura inſilens proræ Navis, cui alia palmam porrigit, ut in aureo.
M. POBLI. LEG. PROPR. Caput Galeatum, vel Palladis, vel Romæ.

Bellum Civile cum Cæſare.

A. U. C. 706. Inſequente ex A. D. 13. Kal Sextilis Pompejus à Cæſare ad Pharſalum victus ad Ptolemæum Ægypti Regem profugiens, ejus dolo, haud ita multò poſt, nimirum pridie Kal. Octobris, in conſpectu uxoris Corneliæ, ad Montem Caſſium interfectus, & exiguæ telluris inops tumulatus, ea ipſa die, qua quondam de Mithridate, & Piratis triumphum duxerat, die natalis ſui, in cujus triumphi pompa tranſlata fuit ipſius Pompei Imago, è margaritis, non tam luxuriæ argumento, quàm non obſcuro omine, jam caput illud Orientis opibus, ſinè reliquo corpore oſtentaturum: *Plin. lib. 37. cap. 2.*, cujus res geſtæ, atque virtutes, iiſdem, quibus Solis curſus, regionibus, ac terminis continentur; *Cic. in Catil. conjur. invectiva 4. circa finem.*

Res à Pompejo geſtæ, Plin. lib. 7. ſic deſcribuntur.

CN. Pompejus Magnus Imp. bello XXX. annorum confecto, fuſis, fugatis, occiſis, in deditionem acceptis, hominum vicies ſemel centenis LXXXIII.M. depreſſis, aut captis navibus DCCCLXVI. oppidis, caſtellis, MDXXXVIII. in fidem receptis terris à Meoti lacu, ad rubrum mare ſubactis, votum meritò Minervæ.

Cùm oram maritimam à prædonibus liberaſſet, & Imperium maris populo Romano reſtituiſſet, ex Aſia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythia, Judæis, Albanis, Iberis, Inſula Creta, Baſtarnis, & ſuper hæc *de Regibus* Mithridate, & Tigrane triumphavit. Tandem interfectus C. Julio Cæſ. ii. & P. Serv. Vacia Iſaurico Coſſ. U. C. 706.

Pompejos Juvenes Aſia, atque Europa, ſed ipſum
Terra tenet Libyes, ſi tamen ulla tenet.

POMPEI UXORES.

JULIA.

Triennio poſt Triumphum ſuum, nimirum U. C. 695. Pompejus Juliam Cæſaris filiam uxorem ducit, hanc ex ſola Cornelia filiam Julius ſuſtulerat, quam Servilio Cæpioni deſponſam, Cn. Pomp. Magno collocavit: erat & forma, & caſtitate præcellens, ſingulari erga maritum amore flagrans, quamobrem à Pompejo viciſſim impenſiùs colebatur; accidit autem, ut Pompejus, comitalibus ludis ſauciorum ſanguine reſperſus, veſtem domum mutandam mitteret; qua conſpecta, adeò conſternata eſt Julia, tum temporis uterum ferens, ut abortum fecerit: Interjecto tempore, cùm iterum gravida foret, in puerperio deceſſit. Pompejo, conjugi tumulum in Albano deſtinante, Populus in campum Martium funus extulit, nec multò poſt filiola, quam enixa erat, matris fatum ſecuta eſt. Ita gemino communis concordiæ vinculo ſublato, diſſenſio primùm, deinde civile bellum inter deſtinatos diſcriminis duces exortum eſt.

CORNELIA.

Altera Pompei Uxor, quæ maritum, cum Sexto F. ad Pharſalum ſecuta, cum eo Ægyptum adnavigavit, ubi verò eum inſidiis petitum, & occiſum vidiſſet, fuga ſe ſe arripuit, & poſtea temporis Romam, propoſita impunitate, incolumis redit. Dio.

2



C. JULIUS C. F. C. N. CAESAR.

Naſcitur Romæ C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Coſſ. Patre C. Cæſare, Matre Aurelia, anno orbis 3866. U. C. 654. ante Chriſtum natum 99. ejus integram Hiſtoriam vide apud Svetonium, & Hub. Golzium in Julio, & Dionem, qui l. 44. inter cæteros honores ei decretos, & hunc fuiſſe ait, pecunia ejus imagine, ut ſignaretur.

C. JUL. C. F. C. N. CÆSAR PONTIFEX MAXIMUS.

COSS. M. Tullius Cicero. C. Antonius Hybrida. *A. U. C. 691. Ante Chriſtum 62.*

Ar. CÆSAR Elephas cum Dracone.

Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus, ſigna Pontificis Maximi, & Dialis Flaminis.

Capeduncula vas erat anſatum, ut prehendi poſſet, id eſt capi, quo in ſacrificiis antiqui utebantur, horum figuras ligneas, & fictiles antiquas etiam nunc videmus. Aſpergillum, quod, & aſperſorium, & luſtrica, inſtrumentum quo aquam luſtralem aſpergebant.

Securis, quæ, & Dolabra, inſtrumentum, quo in dolando utebantur. Albogalerus, qui & Apex proprius Flaminis Dialis pileus, qui ex hoſtia alba, Jovi immolata fiebat, ejuſdemque Flaminis inſigne ſpeciale.

IIT. Caput Veneris.

Æneas geſtans Anchiſem, & Palladium.

Nummus hic, cum aliis, in quibus Venus conſpicitur, ad originem gentis Juliæ indicandam cuſus eſt; à Julo enim Æneæ filio Julium genus, Juluſque Veneris per Æneam Patrem Nepos.

✳ CÆSAR IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P.P. REST. Elephas cum Dracone.
Capeduncula, Aſpergillum, Seceſpita, Albogalerus. *Patin. Sueton. f. 62.*
Nummus hic docet nos Cæſares dictos, ab Elephante cæſo, non ut putant alii à ventre matris cæſo, aut ab oculis Cæſiis, Elephas *enim Pœnorum lingua* Cæſar *dicitur, eumque occidit C. Cæſar hujus P. M. Avus.*
✳ CÆSAR IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Æneas Anchiſem, & Palladium ferens.
Caput Veneris. *Patin. ibidem.*
L. BUCA Caput Veneris.
Anchiſem circa Idæ montem, Venus congreſſura accedit.
✳ Caput Veneris, cum Globo, abſque inſcriptione.
Anchiſem, circa Idam Venus congreditur. *Triſtan. T. 1.*

C. JULIUS C. F. C. N. CÆSAR P. M. COS. *Helvetios, Arioviſtum, Germanoſque vincit.*

A.U.C. 696. Ante Chriſtum 57. *COSS. L. Calpurnius Piſo. A. Gabinius.*

Aur. ✳ IIT. Caput Veneris.
✳ CÆSAR Trophæum, hinc Parma, illinc Lituus militaris, ad latus Seceſpita *M. N.*
Seceſpitam (inquit Feſtus) alii ſecurim, alii Dolabram æneam, alii cultellum putant, hic ſecuris eſt.
Ar. IIT. Caput Veneris.
Barbarus hirto capillitio ſedens ad Trophæum.
Caput Veneris.
CÆSAR Trophæum cum duobus captivis.
In hoc Trophæo, quæ ſub ſcutis ſunt inſtrumenta, ſunt litui militares.
Caput Veneris cum lituo, & ſceptro.
CAESAR Trophæum, ut ſuperiùs.
IIT. Caput Veneris, cum Simpulo.
CAESAR Trophæum, cum Corona Civica, & Parma.
C. CAESAR Caput Julii.
A. D. M. N. Aquila unguibus fulmen premens.
✳ CAESAR Caput Veneris.
CAESAR IMP. Trophæum armorum, cum ſcutis, & lituis militaribus. *Patin. Fam. Jul. n. 24.*
IMPER. Guttus, & Lituus in Laurea.
Caput Veneris cum Ciconia, ſeu Ibide.
✳ CAESAR IMP. Caput Jul. Cæſ.
L. AEMILIUS BUCA. Dextræ junctæ. *Muſæi Magni Venet.*
Æ. Caput Veneris.
GERMAN. INDUTI IIII. { Fluvius ad Proram Navis, prope Montes. / Taurus.

C. JULIUS CAESAR. P. M. COS. *Dictator Comit. hab. cauſa.*

A.U.C. 705. Ante Chriſtum 45. *COSS. C. Claudius Marcellus. L. Cornel. Lentulus Crus.*

Aur. C. CAESAR DICTATOR Caput Jul. Cæſ. cum lituo.
L. LIVINEJUS REGULUS. Bos Cornupeta.
Ar. CAESAR DICTATOR. Caput Jul. cum laurea.
M. ANT. IMP. R. P. C. Caput M. Antonii cum lituo.
C. CAESAR DICTATOR Caput Jul. cum lituo.
L. LIVINEJUS REGULUS Bos Cornupeta.
✳ CAESAR DIC. Caput Jul. cum Urceolo.
M. ANT. IMP. Caput M. Antonii cum lituo. *Gorleus f. 40.*
✳ CAESAR DIC. Caput Jul. laureatum.
M. ANT. IMP. R. P. C. Caput M. Antonii cum lituo. *Patin. Fam. Ant. n. 33.*
✳ CAESAR. Caput laur.
M. ANTON. IMP. Caput M. Antonii cum lituo. *Num. Arſcot. Tab. 3. n. 3. & 4.*
✳ . . . . . Caput Jul. Cæſ.
ANT. IMP. Caput M. Antonii. *P. Minii.*
CAESAR DICT. Caput Jul. laur. ponè quod vas.
✳ M. ANTON. IMP. R. P. C. Caput M. Antonii ponè quod lituus. *Muſæi Magni.*

C. JULIUS CAES. P. M. COS. II. IMP. *Pacem cum Pompejo facit, mox illum in campis Pharſalicis vincit.*

A.U.C. 706. Ante Chriſtum 47. *COSS. C. Julius Cæſ. II. Ser. Vatia Iſauricus.*

Ar. C. CAESAR IMP. COS. ITER.
A. ALLIENUS PROCOS. Figura nuda, dextra tenens Trinacriæ, ſeu Siciliæ Typum, tria crura, dextro crure inſiſtens Proræ Navis.
Allienus Procoſ. Siciliæ erat, cùm Cæſar in Africam trajecit. Cæſar. lib. 2. Belli Civilis.

C. JUL. CAESAR P. M. COS. II. DIC. II. *Ægyptum cepit, & Imp. II. dictus.*

A.U.C. 707. Ante Chriſtum 46. *COSS. Q. Fuſius Calenus. P. Vatinius.*

Aur. Caput Jul. cum lituo ſinè inſcriptione.
AEGYPTO CAPTA Crocodilus,

✳ Ca-

Arg. ✳ Caput Jul. cum lituo ad Cervicem, abſque Inſcriptione.
AEGYPTO CAPTA Crocodilus. *Gorleus fol.* 41.
✳ Caput Veneris, cum Cupidinis alato capite.
CAESAR DIC. ITER. Trophæum armorum, ad cujus pedes captivus, & victoria Trophæo lauream imponens. *Oiſel. tab.* 95. *n.* 7.
Pharnace Boſphori Rege, ad Zelam victo C. Jul. Cæſ. Bellum Africum ſuſcipit.
✳ IMP. ITER Caput Veneris.
C. CAESAR C. F. Trophæum, hinc aratrum, illinc figura captiva. *Goltzius tab.* 3. *n.* 7. 10.
Ær. C. CAESAR C. F. Caput Veneris cum Globo.
IMP. ITER Caput Veneris.
✳ CAESAR Caput Jul. Cæſ.
. . . . . Dimidiata Navis cum ſceptro *M. N.*
✳ Caput Veneris.
IMP. CAESAR. Colonus agens Boves. *Plumbeus meus.*

C. JULIUS CAES. P.M. COS. III. DIC. III. IMP. III. IV.

COSS. C. Julius Cæſ. III. M. Æmil. Lepidus. *A.U.C. 708 Ante Chriſtum 45.*

Hoc anno Cæſar, victis in Africa Scipione, Catone, & Juba, Romam reverſus per triduum de Gallis, Ægypto Pharnace, & Juba Regibus triumphat.
Forum, & Templum Veneris Genitricis dicat.
Annum ordinat, Julianumque appellat, & Pompejum Jun. ad Mundam vincit.

Aur. C. CAESAR COS. TERT. Caput Jul. velatum, & laureatum.
A HIRTIUS PR. Lituus, Urceolus, Securis.
✳ C. CAESAR COS. TERT. Caput muliebre velatum.
A. HIRTIUS PR. Lituus, Urceolus, & Securis. *N. Arſcotan. Tab.* 4. *n.* 1. 2.
Sacrificantes omnibus Diis, ſolito erant olim caput velare, ne inter Religionem aliquid eorundem ſe offerret obtutibus, quo impedirentur hoc agere, quod agebant.
Ex hoc nummo A. Hirtii Præturam cognoſcimus, quam hoc anno geſſiſſe certum eſt, inque Cæſaris honorem, nummum cuſiſſe. Hirtius hic A. U. C. 711. Coſ. fuit, cum C. Vib. Panſa, in Prælio contra M. Antonium ad Mutinam occiſus, corpus ejus Romam per latum, publica ſepultura in campo Martio conditum fuit.
✳ C. CAESAR DIC. TERT. Caput Victoriæ.
L. PLANC. PRAEF. URB. Vaſculum oblongum, & exile.
L. Munatius Plancus, hic unus fuit ex octo Præfectis urbis, à C. Jul. Cæſ. Lepido Collegæ relictis, cùm ad Bellum Hiſpanienſe hoc anno profectus eſt, ut ex Dione, & Nummo diximus; fuit is poſtea Coſ. Deſ. A.U.C. 711. & Coſ. anno ſequenti, cum M. Æmilio Lepido II. & Imp. dictus. Hunc Plancum fuiſſe VII. Vir Epulonem ex vaſi in altera nummi parte ſignato, arguit eruditiſſimus Urſinus in Notis ad hunc denarium in gente Munatia, ad quem eruditum lectorem remitto.
C. JULIUS CAES. IMP. COS. III. Caput Cæſaris.
IMP. CAES. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P.P. REST. Mulier ſeminuda haſtata ſtans cum Galea, & Clypeo.
Ar. DIC. ITER. COS. III. Caput Veneris.
AUGUR PONT. MAX. Capeduncula, Aſpergillum, Guttus, Lituus.
C. CAESAR DIC. TERT.
L. REGULUS PRAEF. URB. Ex Torrentio in Svetonium, *Occo*.
L. Livinejum Regulum fuiſſe ex octo Præfectis, cum Lepido Conſule in Urbe relictis à Jul. Cæſ. ad Bellum Hiſpanienſe proficiſcente, ex hoc Nummo arguere licet.
CAESAR P. M. DICT. TER. Caput Julii velatum cum lituo.
M. LEPIDUS IMP. Caput Lepidi barbatum.
✳ CAESAR DIC. TERT. PONT. MAX. Caput Jul. laur. cum lituo.
L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopia, Globus, Temo, Albogalerus, Caduceum; *Num. Arſcot. tab.* 3. *n.* 24.
Cùm Hercules cum Acheloo (qui Tauri formam ſumpſerat) in Calydone colluctans eidem cornu fregiſſet, is pro eodem redimendo, Amaltheæ, Harmodii filiæ cornu, Herculi largitus eſt, quod ille omnibus fructibus refertum Jovi conſecravit. Cornu hoc taurinum erat, ea præditum virtute, ut quidquid ab eo optaret illius Dominus, ſive potus, ſive cibus continuò naſceretur, unde poſtea ad indicandam rerum omnium ubertatem, & abundantiam, cornu hoc, cornucopiæ appellatione, ut hoc in Nummo ſculptum fuit.
Globus ad Orbis Imperium Cæſari deſignandum, in nummo ſignatus.
Temo ad maritimum Imperium ſpectat.
Albogalerus ad P. M. indicandum, ſeu ad Flaminis Dialis dignitatem.
Caduceum peculiare Mercurii Sceptrum, cum Anguibus geminis, mare, & fœmina ſcilicet, mutuo connexu, circumvolutis, & concordibus, quorum Cauda demittebantur ad capulum Caducei. Cùm Mercurius aliquando per Arcadiam iret, duos reperit ſerpentes inter ſe pugnantes, quos, ut divideret, baculum quem geſtabat, inter utrumque poſuit, ita concordes illos reddidit, in cujus rei memoriam baculum eundem ſerpentibus adornatum (qui poſtea Caduceum dictus eſt, & deinceps in pacis, & concordiæ ſymbolum aſſumptus) ſibi peculiaris ſceptri loco ſumpſit.
✳ C. CAES. DIC. TER. Imago Victoriæ.
L. PLANC. PRAEF. URB. Vaſculum oblongum, & exile. *Gorleus f.* 39.
✳ C. CAESAR COS. TER. Caput Cæſ. velatum.
A. HIRTIUS PR. (*) Signa Pontificalia. *Gorleus f.* 39.
Ex Nummo hoc, & aureo ſupra deſcripto conjicere licet A. Hirtium fuiſſe ex octo Urbis Præfectis à Jul. Cæſ. hoc anno adjutoribus Lepidi relictis de quibus ſupra.

(*) Malè explicavi P. R. cùm ad Præfectos retuli; nam Hirtius hoc anno non Præfectus Urbis, ſed Prætor fuit, unde ad Præturam ejuſdem referendus nummus.

Digitized by Google

CAESAR IMP. IIII.
DIC. III. L. AEMILIUS BUCA Figura mil. ſtans, ante ſignum militare, & ſecurim.
VENERI VICTRICI VOTA. Templum ſex Columnarum, in cujus medio Venus, dextera victoriolam.
CAESAR IMP. QUART. Caput Jul. laur. cum lituo.
L. PLANCUS PRAEF. URB. Guttus.
✻ Caput Veneris, cum Cupidinis alati effigie.
CAESAR DIC. TERT. Trophæum armorum, ad cujus pedes ſedet captivus, & Victoria Trophæo lauream imponit. *Num. Arſcot. tab. 4. n. 5. 6.*
Ær. CAESAR DICT. TERT. Victoriæ caput alatum.
C. CLOVI PRAEF. Figura galeata gradiens, dextra ſpolia, ſiniſtra Clypeum cum ſerpente ad pedes.
Nummus hic ad Africanam Victoriam ſpectat, cùm in eo ſpolia Africana reperiantur, & ex eo C. Clovium ex octo Præfectis Urbis ſupra deſcriptis fuiſſe arguere licet.

C. JULIUS CAESAR P. M. COS. IIII. DIC. IIII. IMP. V. VI. PATER PATRIÆ

A.U.C. 709. Ante Chriſtum 44.

COSS. C. Julius Cæſ. IIII. ſine Collega.

Primus annus Julianæ correctionis, quo Cæſ. ex Hiſpania triumphavit.
Aur. CAESAR IMP. QUART. Caput Jul. laur. cum lituo.
AUGUR. PONT. MAX. COS. QUART. DICT. QUART. In medio nummo.
✻ CAESAR AUGUR. IMP. QUIN. COS. QUART. Caput Jul. velatum, & laureatum cum lituo.
DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus capitibus Arietinis, in cujus ſummitate laurea cum duobus lauri Ramis, hinc Seceſpita, & Capeduncula, illinc Præfericulum, ſub Tripode duo Corvi. *Strada f. 1.*
C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S. C. Templum.
L. BUCA CLEMENTIA Caput Deæ Clementiæ.
Ar. CAESAR AUGUR. IMP. QUINT. COS. QUART. Caput Jul. velatum cum lituo.
DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus, cum corolla, capeduncula, ſecuri, & lituo.
CAESAR DIC. QUART. Caput Jul. laur.
JOVI OPT. MAX. SACR. Taurus ſtans coram ara accenſa cum Seceſpita.
✻ M. METTIUS Bigæ, in quibus figura dextra haſtam vibrans, ſiniſtra ſcutum. *M. N.*
CAESAR PARENS PATRIAE Caput Julii velatum, cum Lituo, & Albogalero.
C. COSSUTIUS MARIDIANUS A. A. A. F. F. In area Nummi.
Coſſutius hic Maridianus ex IV. viris Auro, Argento, Ære flando feriundo à C. Jul. Cæſ. Præfectus unus fuit hoc anno, ut ex Inſcriptione diſcimus, cæterum monetæ ſignandæ Provincia, ante Julium Cæſ. III. viris monetalibus commiſſa erat, C. autem Jul. Cæſ., ut & cæteros Magiſtratus, ſic & hunc auxit, & ex III. ad IV. viros hanc monetæ cudendæ traduxit, Auguſtus verò ad antiquum Triumvirorum numerum reduxit.
CAESAR IMP. SEX. Bigæ aurigante Victoria.
DIC. QUART. Caput Veneris, in alio ex S. C.
✻ Caput Jul. laureatum cum lituo.
✻ DIC. QUART. PARENS PATRIAE. Tripus, in quo laurea, & binæ Palmæ, hinc Securis inde Urceolus. *Patin. Sueton. f. 59.*
✻ C. CAESAR PARENS PATRIAE EX S. C. Templum rotundum ſex columnarum, cum Idolo medio. *Ibidem.*

C. JULIUS CAESAR P. M. COS. V. DICT. PERPETUO IMP. VI. P. P.

A.U.C. 710. Ante Chriſtum 43.

COSS. C. Julius Cæſar V. M. Anton. M. F. M. N.

Hoc anno Idibus Martii in Senatu à Conjuratis occiditur C. Julius Cæſar.
Aur. ✻ CAESAR DIC. QUART. Caput Clementiæ.
COS. QUINT. In laurea. *Patin. fam. Jul. n. 35.*
CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Cæſ.
EX S. C. Imp. ſedens, cui Victoria ſertum imponit, dextra ramum lauri.
CAESAR COS. QUINT. DICT. PERPETUO. Caput Jul. laur. cum lituo.
A. M. METTIUS. Venus nuda, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam.
Caput laureatum Jul.
CAES. AUG. PONT. MAX. COS. V. DICT. PERP. Lituus, Patella, Capedoncula.
Patillæ diminutivum Patenæ, vaſa picata parva ſacrificiis faciendis apta, ſic dicta, eo quòd patent.
S. C. Caput Jul. laur.
Q. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DES. Alius addidit S. C.
Ar. CAESAR AUGUR. IMP. SEXTUM COS. QUINT. Caput Julii.
PONT. MAX. DICT. PERPETUO. Duæ Sellæ Curules, cum duobus faſcibus, & ſecuribus.
CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Julii.
L. BUCA Duæ Dextræ junctæ, Globus, Caduceus, & Securis.
Nexus manuum, amicitiæ, fœderiſque ſignum.
CAESAR DICT. PERPEVUO Caput Cæſ. in aliis velatum, in aliis laureatum.
P. SEPULIUS MACER. Figura ſtolata ſtans, ſiniſtra haſtile, & ſcutum tenens, dextra Victoriolam.
L. BUCA { Caduceum, ſecuris, faſces, nexus manuum, globus.
Figura ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam puram.
Figura ſedens, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam puram per tranſverſum.
Venus cum Cupidine, & lituo. }
✻ C. MARIDIANUS. Venus nuda, dextra victoriolam, ſiniſtra clypeum globo innixum. *Gorleus f. 4.*

CAES.

Digitized by Google

CAES. AUG PONT. MAX. COS V. DIC. PERP. *Lituus, Patera, & Capeduncula in corona oleagina.*
Q. VOCONIUS VITULUS Q. DESIG. EX S. C. Vitulus.
* CAESAR DIC. PERPETUO. Caput Cæſ. laur.
* L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopiæ, Globus, Caduceum, Albogalerus, Temo. *M. N.*
* CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Cæſ. velatum, hinc lituus, illinc Albogalerus.
* L. MUSSIDIUS LONGUS. Temo, Globus, Cornucopiæ, Caduceum, *Levin. Hulſius.*
Caput Cæſ. cum Capeduncula, & Lituo.
C. CAESAR COS. QUINT. IMP. SEX. DIC. PERP. Duæ Sellæ curules coronatæ.
Caput Jul. laur. in aliquibus cum S. C.
L. FLAMINIUS IIII. VIR. Figura mul. dextra Caduceum ſiniſtra Haſtam puram.
TI. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DESIG. S. C. Signum cohortis, Aquila legionaria, Aratrum, Decempeda.
TI. SEMP. GRAC. Q. DES. EX S. C. C. CAESAR IMP. Colonus agens boves.
TI. SEMP. GRAC. Q. DESIG. Colonus agens boves.
L. MUSSIDIUS LONGUS. Temo, Globus, Cornucopiæ, Caduceum, Albogalerus.
* L. BUCA Nexus manuum, Securis, Caduceum, Globus, Lituus. *Num. Arſcot. tab.* 3. *n.* 5.
* CAESAR DICT. PERPETUO Venus nuda ſtans, dextra galeam, ſiniſtra velum levans hinc à dextris columna, ſupra quam Aquila, à ſiniſtris verò Aquila legionaria humi defixa. *idem tab.* 3. *n.* 10.
P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra haſtam, ſiniſtra Scipionem, ſeu Caduceum
CLEMENTIÆ CÆSARIS. Templum.
P. SEPULIUS MACER. Duo equi decurrentes, cum ſeſſore à tergo palmam gerente.
* CÆSAR DICT. PERP. Caput Jul. laur. cum lituo.
* L. BUCA. Figura ſedens, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam per tranſverſum. *Patin. Fam. Jul. nu.* 19.
* CÆSAR AUGUR. IMP. SEX. COS. QUINT. Caput Jul. laur. cum lituo.
* PONT. MAX. DIC. PERP. Tabernaculum Prætorium, in quo hinc haſta, illinc faſces, cum ſecuribus. *Num. Arſcot. tab.* 2. *n.* 11. 12.
* Caput fœmineum, fortè Concordiæ.
* C. CÆSAR DICT. PERP. L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS. Septa Comitii, in quibus duæ figuræ togatæ, ſortes ex urnis deducentes. Idem *tab.* 4. *n.* 9. & 10.
* C. CÆSAR. Caput fœmineum, cum modio.
IMP. CÆSAR. In Periſtilio Arcus, ſupra quem quatuor equi. *Patin. Fam. Jul. n.* 37.
* CÆSAR. Caput Jul. laur. cum lituo.
TI. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DES. Signum militare, Aquila legionaria, Aratrum, Decempeda. *Num. Arſcot. tab.* 3. *n.* 5. 6.
* IMP. CAESAR. Caput Jul. laureatum, hinc litus, inde ſimpulum, *in aliis* Sidus.
* L. AEMILIUS Q. F. BUCA IIII. VIR. A. A. A. F. F. in medio Nummi per tranſverſum. *ibidem n.* 13. 14.
M. METTIUS. Figura ſtans, juxta pedes globum habens, ſiniſtro cubitu nixa clypeo, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam.
L. LIVINEJUS REGULUS III. VIR. A. A. A. F. F.
P. SEPULIUS MACER. Figura ſtolata ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam. *M. N.*
* L. MUSSIDIUS LONGUS CLOACIN. Cancelli comitiati, in quibus duæ figuræ, ſortes ex urnis educentes. *Vaillant. t.* 2. *f.* 1.
* IMP. CAESAR. Caput Cæſ. cum capeduncula, & lituo.
* L. AEMILIUS BUCA IIII. VIR. Nexus manuum. *Patin. Fam. Jul. n.* 11.
P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra haſtam, ſiniſtra Scipionem militarem.
IMPER. CAESAR. Caput Jul. cum capeduncula, lituoque, & *in aliis* Sidus.
P. SEPULIUS MACER. Figura ſtolata ſtans, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam, *in aliis* puram, *in aliis* militarem.
P. CLODIUS M. F. Figura mil. dextra haſtam, ſiniſtra ſcuticam.
CAESAR. IMP. P. M. Caput Cæſ. laur. *In aliis* cum Capeduncula, *in aliis* cum Luna Falcata.
L. AEMILIUS Buca Venus nuda, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam.
L. BUCA { Venus inſidens proræ.
{ Figura ſedens, dextra victoriolam, ſiniſtra haſtam. *Num. Arſcot. t.* 2. *n.* 15. 16.
CAESAR AUGUR. PONT. MAX. Caput Jul. laur. cum Albogalero.
P. CLODIUS M. F. P. R. Capedo, Securis, Guttus, Lituus, Patera,
Caput Jul. cum caduceo, & ramo oleæ.
L. LIVINEJUS REGULUS. Taurus.
Ær. * C. CAESAR DICT. PERPETUO. Caput Cæſ.
* L. BUCA. Caduceum, Faſces, Securis, nexus manuum, Globus. *Ex Muſæo Illuſtriſſimi Cæſaris Leompardi Patricii Auxumenſis.*

Numiſmata cuſa poſt mortem C. Jul. Cæſaris, ſive Cæſ. Apotheoſes.

Aur. DIVUS JULIUS. Caput Jul. laur. *alii* cum Comete.
L. MUNATIUS PLANCUS PRAEF. URB.
Aliud cum Comete in adverſa parte.
Occiſo Cæſare, per 7. continuos dies, fulſit Cometes, quem Cæſari jam immortalitatem adepto ſacrum dixit Plebs Romana: ex quo Cæſar Octavianus confirmatus Statuam Patris æream, cum ſtella ſupra Caput in Templo Veneris poſuit.
* IMP. CAES. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Victoria ſtans, ſiniſtra caduceum tenens, ad cujus pedes ſerpens.
Venus ſeminuda, ſiniſtro cubitu columnæ nixa, dextra Galeam, ſiniſtra haſtam ad pedes ſcutum. *Patin. Suet. f.* 61.
DIVI JULI alii DIVO JULIO.
L. MUSSIDIUS L. F. LONGUS III. VIR. A. A. A. F. F. F.
Ar. DIVUS JULIUS Caput Jul. laur., aliud cum Comete.
L. MUNATIUS PLANCUS PRAEF. URB.
S. P. Q. R. Elephas.

For-

C. JULIUS C. F. C. N.

Fortè ad ludos, quos poſt devictam Africam, productis Elephantibus Cæſar exhibuit ſpectat hic Nummus, & eorum memoria, poſt occiſum Cæſarem, Divumque factum hic repetita.

* Stella crinita. *Gorlæus f. 41.*
* DIVI FILIUS. Caput Aug. *Num. Feſchianus.*
* CAESAR AUGUSTUS. Caput Auguſtus. *Gorlæus f. 40.*
* C. CAESAR COS. PONT. AUG. Caput Auguſti. *Vaillant. t. 2. f. 2.*
* CAESAR DIC. PERP. Curulis ſella ornata.
CAESAR III. VIR. R. P. C. Caput Auguſti. *Gorlæus f. 40.*
DIVI JULI alii DIVO JULIO. Caput Jul. laur. alii cum lituo.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR. A. A. A. F. F.
Q. VOCONIUS VITULUS. Bos cornupeta.
L. E. S. C. [Quadrigæ Elephantorum. / Quadrigis Elephantorum Imp. conſecrandorum Imagines ceree, in forum ad Pyram ducebantur. *Vide Herodian. in Severo.*
DIVO JULIO. Caput Jul. laureatum cum Comete.
* P. LENTULUS MARCELLIN. ÆD. CUR. Templum, in quo figura Jul. Cæſ. ſtans ſupra aram dextra lituum. In Templi Fornice ſidus, *ex Num. Arſcot. tab. 2. n. 23.*
* CAESAR DIVI F. PAT. PA. Caput Aug. *Gorlæus f. 41.*
P. SEPULIUS MACER. [Venus ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam, cum ſcuto. / Figura ſedens, dextra cornucopiæ, ſiniſtra Victoriolam.
DIVUS JULIUS DIVI F. Capita Jul. Cæſ. & Aug. adverſa.
M. AGRIPPA L. F. COS. DESIG. In medio Nummo.
Caput Jul. laur. abſque Inſcriptione.
Q. VOCONIUS VITULUS Q. DESIGN. EX S. C. Bos cornupeta.
Æ. DIVI JULI alii DIVO IULIO. Caput Jul. laur. cum lituo.
L. E. Quadrigæ Elephantorum.
DIVUS JULIUS. Caput Julii.
DIVI F. Caput Aug.
* CÆSAR DIVI F. Caput Aug. *M. N.*
* S. C. [Quadriga Elephantorum, in qua figura ſiniſtra palmam tenens. *Angellon. f. 7. n. 4.* / Figura ſedens, dextra veluti tripus, læva cornucopiæ, ad talos Avis. *Index Cavotorta.*
* DIVUS JULIUS In laurea.
CÆSAR DIVI F. Caput Aug. *Angellon. f. 24. n. 3.*
* DIVO JULIO. Caput Cæſ. laur. cum Stella.
Mars nudus Aræ inſtans, dextra Scutum, & Jaculum, ſiniſtra lauream accipit à Victoriola, quam ſiniſtra tenet, figura feminuda ſedens, dextra cornucopiæ tenens. *Triſtan. tom. 1. n. 10.*
D. Julius CÆSAR. Caput Jul. Cæſ. à Victoria coronatum.
M. ACILIUS GLABRIO PROP. Capita Aug. & Liviæ ſe reſpicientia. *Pat. Fam. Acil. in omiſſis n. 1.*
* D. JULIUS. Caput Jul. laur.
Dimidiata navis, ſinè epigraphe. *Vail. tom. 1. f. 10.*
* DIVI JULI CÆSAR DIVI F. IMP. Capita Julii, & Aug.
DIUVS JULIUS. In corona laurea, *ex Indice Polatio.*

Cùm hujuſce voluminis editionem adornarem, ac ferè ad umbilicum, ut ajunt, perduxiſſem, propitio mihi Numine contigit, ut Sereniſſimus COSMUS III. Magnus Dux Etruriæ ultra decem millia veterum nummatum recens ſibi ex Hiſpania advecta, Reverendiſſimo P. Henrico Noris ſuo quæque ordine locanda committeret. Quod cùm ille opus gnaviter exequeretur, animadvertit nummos Coloniarum, ac Municipiorum Hiſpaniæ paſſim apud Occonem depravatè deſcribi, ac multos etiam omitti. Hinc Sereniſſimo Domino ſignificavit novis hiſce ſuæ Celſitudinis nummis proximam Occoniani operis editionem plurimum & nitoris, & incrementi poſſe ſuſcipere. Tum Magnus Dux COSMUS ne precioſa illa Cimelia ad Aviti tantum Muſei ornamentum, ſed ad uſum, atque elegantiam ſtudiorum comparaſſe videretur, quæ mihi uſui forent, pari alacritate, ac beneficentia exſcribenda permiſit.

Nummi Julii Cæſaris in Coloniis cuſi.

B E R Y T U S.

Berytus Phœniciæ Urbs Ptolemeo, COLONIA FELIX JULIA à Julio Cæſare appellata, in ora etiamnum Libano ſubjecta collocata. *Plinius lib. 5. cap. 20.*
Æ. Caput Jul. Cæſ. laur., à tergo cornucopiæ.
* COL. JUL. BER. Sacerdos agens Boves. *Svet. f. 31.*
Caput Jul. laur. à tergo cornucopiæ medium literis C. C.
* COL. JUL. BER. EX S. C. Colonus agens Boves. *Patin. Indice f. 2.*

C A S I L I N U M.

Caſilinum, Campanorum in Italia Urbs, quam Vulturnus fluvius dividit, & quam Coloniam Romanorum à M. Antonio deductam fuiſſe ſcribit ex Cicerone *Ortelius.*
CÆSAR DICT. PERP. Caput Veneris.
Q. SEMPRON. GRACCUS Q. DESIG. ITER. Aedificium ſphœricū, in quo COL. CASILIN.

C O R I N T H U S.

Corinthus Achajæ Urbs, in medio Iſthmi Peloponeſiaci quam exciſam refecit Jul. Cæſ. Coloniamque deduxit, idcirco à COL. JULIA dicta, & LAUS JULIA dicta fuit Typus Corinthi *Bellerophon*, unde nummi Corinthiaci, Julio Polluci, *Pulli* dicuntur hac ratione, quod Pegaſum habeant inſculptum.
Caput Jul. laureatum.
* CORINT . . . . . . Caput Auguſti. *Schedæ Sponianæ.*
* LAUS JULI CORINT. Caput Cæſ. laureatum.
* L. Ato . . . . JULIO II. VIR. [Bellerophon Pegaſo inſidens, *Triſtan. tom. 1.* / Bellerophon Pegaſo inſidens, Chimæram interficit. *Patin. Svetonio f. 31.*

COR.

Digitized by Google

COR. Caput fœmineum.
COL. JULI CORIN. *Figura inſidens ſellæ, ponè quam Bellerophontis ala, ſiniſtra ſceptrum, ; ſub pede Anguis. Pat. Ind. ſ. 2.*
Q. CÆCIL. NIGER. C. HEJO. POL. II. VIR. Bellerophon.
⁎ COL. JUL. COR. Bellerophon Pegaſo inſidens contra Chimæram pugnans.

V A L E N T I A.

(1) *An ad Valentiam Hiſpaniæ, an verò ad Romam, quam VALENTIAM à Græco verbo ΡΩΜΗΝ dictam docet Solinus referendi ſint Nummi ſequentes, eruditi Lectoris judicium eſto, mihi certè ex Nummorum ſcalptura, & Eruditiſſimi Patini ſententia perſuaſum eſt Romæ cuſa Numiſmata.*

Ar. CÆSAR DICT. PERPETUO. Caput Cæſ., *in aliis* velatum, *in aliis* laureatum.
VALENTIA. Duæ Cornucopiæ cum inſtrumento militari.

Æ. DIVI JULI. IMP. CÆS. DIVI F. Duo Capita adverſa.
C. J. V. { Navis Prætoria.
⁎ Eadem Navis cum Obeliſco. *M. N. Colonia Julia Valentia interpretatur ab Occone (2) Nummi inſcriptio; quamvis ego ad Coloniam Juliam Victricem, de qua in Auguſto, referendam putem.*
S. Caput fœmineum fortè Veneris.
⁎ VALENTIA. S. Duplex Cornucopiæ. *Patin. Ind. ſ. 2.*

U X O R E S   J U L I I.

C O S S U T I A.

Locuples admodum, ſed è Familia Equeſtri, prætextato etiamnum deſponſata, quam Cajo Patre amiſſo XVII. annos natus per renunciationem, in ſponſalibus dimiſit.

C O R N E L I A.

Cinnæ, quater Conſulis filia, ex hac Juliam filiam ſuſcepit, Pompejo poſtea deſponſatam, hanc Cæſar mirum in modum amavit, atque eam repudiaret, nulla re à Sulla Dictatore perſuaderi, aut compelli potuit. Mortuam pro Roſtris laudavit oratione cultiſſima, magnam inde Popularem benevolentiam allecutus. Ejus etiam Fratrem L. Cinnam, qui in civili diſcordia Lepidum ſequutus exulaverat, reduxit.

P O M P E J A.

Q. Pompeji F. L. Sullæ Neptis, quam in locum Corneliæ ductam, ob P. Clodium muliebri habitu, in ſacris Bonæ Deæ ab Aurelia matre nocturno tempore deprehenſum, qui deperire eam ferebatur, atque adulteraſſe, repudiavit. Vide *Dionem*.

C A L P U R N I A.

L. Piſonis F. hæc multùm Cæſarem amavit, & die quo in Senatu occiſus eſt, ſomnio territa (nam maritum in gremio ſuo confodi ſomniabat) hortari cœpit, ne Curiam ingrederetur. Poſt Cæſarem occiſum ad Ædes M. Antonii ſe contulit, (cùm pulcherrimam Orationem, pro Roſtris de laudibus Cæſaris habuiſſet) pecuniam à Cæſare relictam tranſtulit, & penes eum depoſuit.

3



3

C L E O P A T R A.

Ægypti Regina à Photino Regno ejecta, Cæſarem ad ſe amandum allexit, qui ſplendore formæ, & quadam ſermonis gratia victus, eam nonniſi maximis honoribus, præmiiſque auxit, atque ita Fratri reconciliavit, ut pariter Regni gubernacula teneret. Mox M. Antonium quoque Imperium Ægypti occupantem, obſequio corporis devinxit. Bello Actiaco ab Auguſto Cæſare victa, Alexandriam confugit cum M. Antonio, qui ſe ibidem interfecit: Cleopatra viva capta, ne Romam in Triumpho duceretur, ſe ipſam admoto brachio Aſpide interfecit ætatis anno 39. de qua *Plutarchus in Antonio*. Fuit ipſa libidinis incontinentiſſimæ fœmina, ſed quæ blandiloquentia, & ſuavitate morum, facilè ſibi quorumvis gratiam conciliarit, linguarum præterea variarum notitiam, ut quæ Æthiopibus, Hebræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, per ſe reſponſa daret.

Ar. REGINÆ REGUM FILIORUM REGUM CLEOPATRÆ. Caput Cleopatræ cum Prora Navis. ANTONI ARMENIA DEVICTA. Caput M. Antonii cum Cydari.

E U N O E.

Maura Bogudis, Mauritaniæ Regis Uxor, à Cæſare multùm adamata, multiſque ab eo beneficiis affecta: Hujus vir Bogud Mauritaniæ Rex bello Africo enixè juvit partes Cæſaris. *Turnebus lib. III. cap. XXII.* Eunen ſcribendum exiſtimat.

(1) *Vaillant.* Ad Valentiam Hiſp. refert Nummos.
(2) *Vaillant.* interpretatur; Colonia Julia Valentia, eum Occone.

4



4

M. AIMILIUS M. F. Q. N. LEPIDUS.

Romano Imperio in Occidente inter Triumviros diviſo, Lepido ceſſit Hiſpania, & Gallia Narbonenſis, ſive Togata, decretumque eſt Lepidum in futurum annum Conſulatum gerere, & ob ingruentes neceſſitates io Urbe moram agere. Primus proſcripſit L. Aimilium Paullum Fratrem. Cùm verò eidem A. U. C. 714. etiam Africa obtigiſſet, Octavianus Cæſar poſt victum Pompejum Magni F., Lepidi Legiones ad ſe in Sicilia pertraxit, poſtea omni poteſtate privatum, relictoque tantùm Pontificatu Maximo Lepidum Romam miſit, ubi ille qui Imperium tenuerat, ex Triumviris quondam unus ingloriam vitam egit.

M. AIMILIUS M. F. LEPIDUS ÆD. CUR.

A.U.C. 702. Ante Chriſtum 51.

COSS. Cn. Pompejus Magnus III. Q. Cæcilius Metellus Scipio.

Ar. M. LEPIDUS M. MARCEL. AED. CUR. Templum, in cujus medio Statua.
S. C. Dianæ caput cum Arcu, & Pharetra.
Ædiles Curules duo erant, ideoque ſic appellati, quòd ſella Curuli uterentur. Ex Patriciis primò, poſtea promiſcuè creati. Ludos ſacros, & ſolemnes inſtituebant, & curabant. Sacrarum, publicarum, privatarumque Ædium curam gerebant, eaſque magnificis impenſis reſtituebant, ubi opus eſſet. Annonæ quoque curationem, & plura Ædilium, Plebejorum propria, ſibi vindicaverunt. Edictum proponebant, ut Prætores, in quo quemadmodum de ſingulis controverſiis jus dicturi eſſent, populum monebant.

M. AIMILIUS M. F. LEPIDUS PRÆF. URB.

A.U.C. 705. Ante Chriſtum 48.

COSS. C. Claudius Marcellus. L. Cornelius Lentulus Crus.

Ar. M. AIMILI M. F. Q. N. PRÆF. URB. Clypeus.
ROMA. Caput Romæ galeatum.

M. AIMILI M. F. PROPRÆTOR. *Ex Hiſpania triumphat.*

A.U.C. 707. Ante Chriſtum 46.

COSS. Q. Fuſius Calenus. P. Vatinius.

Ar. M. AIMIL. M. F. Q. N. PRO. PR. Quadrigæ Triumphales.
LEPIDUS. Caput Romæ cum X.

M. AIMIL. M. F. LEPIDUS COS. PRIMO IMP.

A.U.C. 708. Ante Chriſtum 45.

COSS. C. Jul. Cæſ. III. M. Aimil. Lepidus.

Ar. M. LEPIDUS IMPER. Caput Lepidi.
CÆSAR P. M. DIC. TERT. Caput Cæſaris velatum cum Lituo.
S. C. Lepidus Eques habitu Pacificatoris.

M. AIMIL. LEPIDUS COS. IMP. PONT. MAX. *occiſo Cæſare, &* PROCOS. IMP. II.

A.U.C. 710. Ante Chriſtum 43.

COSS. C. Julius Cæſar V. M. Antonius.

Ar. LEPIDUS PONT. MAX. Capur Lepidi cum Capeduncula, & Liruo.
⁎ LEPI. Cornucopiæ in Laurea. *Num. Arſcot. Tab. 6. n. 21. 22.*
⁎ EX S. C. Tripus, ex quo erumpit Serpens, hinc Lituus, illinc Capeduncula. *Ibidem n. 23.*
. . . .
⁎ LEPID. IMP. PROCOS. Quadriga Triumphalis, in qua Lepidus ſiniſtra Sceptrum Eburneum cum Aquila. *Num. Arſcot. Tab. 6. n. 24.*

Æ. M. AIMIL. T. FUFIO. Caput Lepidi.
⁎ EX . . . . . . Caput cum Labyrintho. *Patin. Famil. Aimil. n. 10.*
M. AIMILIO II. VIR . . . . . . Caput Lepidi.
⁎ Caput abſque Inſcriptione. *Patin. Famil. Aimil. n. 11.*

M. AIMIL. LEPIDUS COS. IMP. II. P. M. III. VIR R. P. C.

A.U.C. 711. Ante Chriſtum 42.

COSS. C. Vibius Panſa. A. Hirtius.
Hoc anno Prid. Kal. Jan. ex Hiſpania triumphat Lepidus.

Aur. LEPIDUS IMP. P. M. CÆSAR IMP. PONT. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus.
ANTON. IMP. AUGUR. Lituus, Guttus, Gallus Gallinaceus.
Omnia Auguratus Inſignia; Augures enim ex Avium geſtu futura conjiciebant, hinc in Nummo Gallus Gallinaceus, quibus maximè utebantur Augures &c.

M. LEPIDUS III. VIR R. P. C.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR A. P. F. { Figura mil. nuda, dextra haſtam, ſiniſtra flagrum, ſiniſtro pede ſcutum premens. / Miles ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra flagrum. / Figura militaris nuda, dextra Scipionem. }

M. LEPIDUS PON. MAX. III. VIR R. P. C.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR A. P. F. Duæ dextræ junctæ, Caduceo medio.
* LEPIDUS IMP. PON. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Galeatum.
* EX S. C. Aquila legionaria Proræ Navis infixa, ſupra quam Trophæum hinc, & inde duo ſigna militaria erecta. *Strada f.* 10.
* LEPIDUS PON. MAX. III. VIR R. P. C.
* L. REGULUS IIII. VIR. Figura mul. ſtans, dextra pateram, ſiniſtra haſtam. *Patin. Suet. f.* 51.
Ar. M. LEPIDUS PON. MAX. Caput cum Lituo.
P. SEPULI MACER. { Tripus cum duabus ſecuribus. / Figura ſtolata ſtans ſacrificans. }
LEPIDUS IMPER. Duæ dextræ junctæ cum Caduceo, *in alio* deeſt Caduceum.
P. SEPULIUS MACER CONCORDIA. Caput Deæ Concordiæ.
LEPIDUS IMP. *in alio* LEP. IMP. *in alio* LEPID. IMP. Quatuor ſigna Pontificalia.
ANT. IMP. Guttus, & Gallus Gallinaceus.
M. LEPIDUS III. VIR R. P. C.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS IIII. VIR A. P. F. { Figura militaris ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra flagrum, ſiniſtro pede ſcutum calcans. / Figura mil. nuda, dextra Scipionem. }
M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS IIII. VIR A. P. F. Duæ dextræ junctæ Caduceo medio.
* L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR A. P. F. Dextræ junctæ. *Muſæi Grimani*.
L. REGULUS IIII. VIR A. P. F. Figura ſtolata ſtans, dextra Capedunculam, ſiniſtra haſtam puram.
LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi.
C. CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Auguſti.
EX S. C. Figura Equeſtris, cum Lituo.
* LEPIDUS PONT. M. Caput Lepidi.
* CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Auguſti. *R. P. Minii*.
LEPIDUS IMP. PONT. MAX. III. VIR R. P. C.
EX S. C. Tria ſigna militaria.
LEPIDUS IMP. P. M. CÆSAR IMP. PONT. Quatuor ſigna Pontificalia.
ANT. IMP. AUGUR. Lituus, Gallus Gallinaceus, Guttus.
* LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi.
* CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Aug. *Gorleus f.* 3.
M. LEPIDUS IMP. ITER. PROCOS. Quadrigæ Triumphales.
III. VIR R. P. C. Victoria inſidens Proræ Navis, dextra Corollam, ſiniſtra Palmam.
M. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi, in quibuſdam cum Urceolo.
P. SEPULIUS MACER. Caput fœmineum velatum.
EX S. C. Tripus cum Lituo, & Simpulo.
P. CLODIUS M. F. Miles ſtans, dextra haſtam.
L. REGULUS III. VIR A. P. F. Figura ſtans, dextra Capedunculam, ſiniſtra haſtam puram.
Caput Lepidi abſque Inſcriptione, *in aliis* Velatum, *in aliis* cum Lituo, & Urceolo.
P. SEPULIUS MACER. Duo Equi decurrentes, cum Seſſore à tergo Palmam gerente.
* Figura velata ſtans, dextra Capedunculam, Tripodi admovens. *Num. Arſcot. Tab. 6. n.* 3. 4.
* C. VIBIUS VARUS. Figura ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Gorleus f.* 3.
M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Signa Pontificalia.

M. AIMIL. M. F. Q. N. LEPIDUS P. M. COS. II. IMP. II. III. VIR R. P. C.

COSS. M. Aimilius Lepidus II. L. Munatius Plancus. *A.U.C. 712. Ante Chriſtum 41.*

Ar. M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. COS. ITER. Caput Lepidi cum Lituo.
C. VIBIUS VARUS. { Figura Stolata, dextra Victoriolam, ſiniſtra Cornucopiæ. / Figura Stolata, dextra Pilum, ſiniſtra Victoriolam. }
* M. LEPIDUS PONT. MAX. IMP. ITER.
* COS. ITER. III. VIR R. P. C. Duæ Sellæ Curules cum fulmine, hinc ſpica, hinc olea. *Num. Arſcot. Tab. 6. n.* 8.
Caput Lepidi barbatum, Pelle Leonina tectum.
C. VIBIUS VARUS IIII. VIR A. P. F. Figura Galeata ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Victoriolam.
Ar. * M. LEPIDUS PON. MAX. IMP. ITER. Caput Velatum cum Lituo.
* COS. ITER. III. VIR R. P. C. Duæ Sellæ Curules cum Fulmine, hinc ſpica, hinc ramus. *Oyſel. Tab. 96. n.* 16.
M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. COS. ITER. Caput cum Lituo.
C. VIBIUS VARUS. Figura Stolata ſtans, dextra Pilum, ſiniſtra Victoriolam.
M. LEPIDUS PONT. MAX. IMP. ITER. Caput Lepidi Velatum, ponè quod Lituus.
* COS. ITER. III. VIR R. P. C. Sedes Curules ſupra quas fulmina. *Muſæi Grimani*.
Ær. * M. LEPIDUS III. VIR R. P. C. COS. ITER. Caput Lepidi.
* L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR A. P. F. Tria ſigna militaria. *Angellon. f. 24. n.* 4. 5.

M.

M. AIMIL. M. F. Q. N. LEPIDUS P. M. COS. II. IMP. II. III. VIR R. P. C. *Africam occupat.*

A.U.C. 714. Ante Chriſtum 39. (1) *COSS. Domitius Calvinius. Aſinius Pollio.*

Aur. . . . .
✻ M. LEPIDUS IMP. ITER. Eques erectus, prope quem Scorpio. *Oyſel. Tab. 32. n. 6.*
Ar. M. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi.
SALUS PROVINCIARUM AFRICÆ. Figura Equeſtris cum Lituo, habitu Pacificatoris.
Ær. LEPIDUS IMP. ITER. Caput Oleagina Corona circumdatum.
EX S. C. Equus Deſultorius, cum Scorpione.
Storpius Africæ ſymbolum proprium, cùm in Lybiæ Deſertis plures reperiantur. Equi Deſultorii, vel Celeres, ii erant, qui ludis Circenſibus, ſinguli abſque fræno ad metam decurrebant, ut Bigæ cum duobus equis, Quadrigæ cum quatuor; Hi Lucifero, & Heſpero, Circi Patronis dicati erant, ut Quadrigæ Soli, Bigæ Lunæ, Trigæ Inferis, & Sejuges Jovi.

M. AIMILIUS LEPIDUS PONT. MAX. COS. II. IMP. II. III. VIR ITER. R. P. C.

A.U.C. 716. Ante Chriſtum 37. *COSS. Ap. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus.*

Aur. LEPI. Caput Lepidi.
P. M. III. VIR ITER. R. P. C. Quatuor Spicæ pulcherrimæ.
LEPIDUS P. M. IMP. ITER. III. VIR ITER. R. P. C. Caput Pelle Leonina, cum Clava.
C. VIBIUS VARUS. Figura Galeata ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Victoriam.
✻ M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR ITER. R. P. C. Caput Lepidi cum Lituo.
✻ SAL. GENERIS HUMANI. Nexus duarum manuum, Caduceo medio. *Num. Arſcot. Tab. 6. n. 5. 6.*
✻ P. M. III. VIR ITER. R. P. C. Quatuor Spicæ colligatæ.
✻ C. VIBIUS VARUS. Figura ſtans, dextra Victoriolam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Num. Arſcot. t. 6. n. 19. 20.*
Ar. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR ITER. R. P. C Caput Lepidi.
IMP. CÆSAR DIVI F. III. VIR ITER. R. P. C. Caput Aug.
P. SEPULIUS MACER. Tripus, & duæ ſecures.

A. U. C. 718. Ante Chriſtum 35. Coſs. Gellio Poblicola, & Cocceio Nerva. M. Æmilius Lepidus à C. Julio Cæſare Octaviano, qui poſtea Auguſtus dictus eſt, cogitur III. viratu ſe abdicare, Pontificatu Maximo eidem relicto.

A. U. C. 740. Ante Chriſtum 13. Coſs. M. Licinio Craſſo, & Cn. Cor. Lentulo Augure, abſumptam incendio Porticum Paulli (*), M. Aimil. Lepidus (concedente Cæſare Auguſto) refecit. Hinc Nummus Argenteus.

Caput Clementiæ velatum.
M. LEPIDUS ÆMILIA REF. S. C. Porticus Paulli refecta.

Nummi Lepidi in Coloniis cuſi.

Au. & Ar. LEPI. Cornucopiæ in laurea.
CABE. Caput fœmineum.
Ær. ✻ COL. Caput Lepidi Galeatum.
✻ CABE. Caput muliebre in laurea. *Patin. Ind. f. 2.*

Cabe Civitatem Africæ, Urſinus in notis ad primum hunc Nummum ſcribit, Coloniam ibi deductam à Lepido inſcriptio ſecundi ſuadet, plura loci obſcuritas vetat dicere.

JUNIA UXOR LEPIDI.

M. Bruti ſoror, ex qua filium ſuſtulit, M. Lepidum, qui occultis conſiliis vitam Cæſaris petiturus, Bellum civile, inteſtinumque moliebatur, is à C. Cilnio Mecenate equeſtris ordinis, & ſplendido genere nato, qui tum Præf. Urbi erat, interfectus eſt. Servilia hujus Lepidi uxor Portiæ Bruti exemplum ſecuta caſtiſſimum amorem, deſideriumque conjugis teſtata, devorato igne vivo, quia ferrum non dabatur, præmatura morte ſempiternam laudem conſecuta eſt. *Gol. in Aug. fol. 73.*

SEX.

(1) Cn. Domitius Calvinus II. C. Aſinius Pollio. *Idat.* & *Pagi.*
(*) Nummum Paulli Porticus refectionem indicantem ad Lepidum P. M. retuli, quod mendosè factum docet me Reverendiſſimus (*poſtea S. R. E. Cardinalis*) Noris, dum Cœnotaphiorum Piſanorum pag. 145. hoc Opus nomine M. Æmilii Lepidi Coſ. A. U. C. 759. & III. Viri Nepotis factum, eruditiſſimè demonſtrat, quod etiam Dionis textu firmatur.

5



SEX. POMP. CN. F. SEX. N. MAGNUS PIUS.

Sex. Pompejus literarum rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promptus, fide Patri diſſimillimus, animo ad ſervitium uſque projecto, fractoque, viliſſimis inſerviebat, Libertorum ſuorum ipſe quaſi libertus, ſpecioſis invidens, ut pareret humillimis. Auguſtum, & Antoniom poſt Julium interfectum annos octo variis Bellis exercuit; Occupavit Siciliam, tenuit mare, denique ab Octaviano Cæſare Sicilia ejectus, fugit in Bithyniam, occupavit Nicæam, & Nicomediam: Tandem à Titio Antonii Duce interemptus.

SEXTUS POMPEJUS MAGNI F. CN. NEP. PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. A SENATU DICITUR.

COSS. C. Vib. Panſa. A. Hirtius. *A.U.C. 711. Ante Chriſtum 43.*

Aur. ✻ MAGNUS PIUS IMP. ITER. Caput Sexti Pompeji in Corona Laurea.
✻ PRÆF. CLAS. ET ORÆ MARIT. EX S. C. Capita Pompejorum patris, & filii ſe reſpicientia, poſt Caput Pompeji patris Tripus. *Patin. Fam. Pomp. n. 6.*

SEXTUS POMPEJUS MAGNI F. *Roma profugos, pulſoſque à III. Viris Cives recipiens PIETATIS, & SALUTIS nomina meruit.*

COSS. Ap. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus. *A.U.C. 716. Ante Chriſtum 37.*

Ar. SEXTUS MAGNUS PIUS IMP. SAL. Caput Sexti Pompeji.
PIETAS. Figura Stolata ſtans, dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
✻ IMP. MAGNUS SAL. Caput Sexti.
✻ PIETAS. Figura ſtans, dextra Palmam, ſiniſtra Haſtam per tranſverſum. *Patin. Fam. Pomp. n. 12.*

6



6

M. ANTONIUS M. F. M. N. III. VIR R. P. C.

M. Antonio Galliæ ceſſere in Triumviratu, in quo L. Cæſarem Avunculum ſuum proſcripſit, Ciceronis Caput abſciſſum pro Roſtris collocari juſſit; Diviſione Provinciarum, & Exercitus cum Auguſto facta, in Macedoniam contendens vincit Caſſium, & Brutum; Inde in Græciam cum magno exercitu profectus, poſt in Aſiam, ubi amore Cleopatræ captus, voluptatibus indulſit. Paulò poſt L. fratre, & Fulvia uxore primum inter ſe diſſidentibus, deinde cum Cæſare pugnantibus, amiſſis rebus, Italia pulſis, ad eandem ducentis Navibus contendit. Mortuâ Fulviâ Cæſari reconciliatur, tradito Oriente, & Octavia Cæſaris ſorore in matrimonium locata, quæ haud ita multò poſt Cæſarem hortata ut rediret in gratiam cum M. Antonio, quibuſdam calumniis contra Cæſarem irritato, & trecentis Navibus in Italiam properanti id effecit, ut fieret. Deinde Sex. Pompejum à Cæſare victum, & captum jubet interfici. Armeniam cum exercitu ingreſſus, cum Parthis infeliciter pugnavit, Arthavaſdem Armeniorum Regem Alexandriæ in triumphum ducit, ibi Cleopatræ deliciis detentus Octaviam uxorem eo adnavigantem domo expellit, Romamque redire cogit. Inde in Armeniam profectus de Bello Civili cogitat. Collectis copiis Samum navigans, Athenas pervênit, ſecum adductâ Cleopatrâ. Cæſarem in ſingulare certamen provocat: Tandem ad Actium victus, profligata, partimque capta claſſe, pedeſtres copiæ ultro Auguſto ſe dedidere. Antonius cum Cleopatra fuga ſalutem quæſivit, unde in Lybiam primùm, deinde Alexandriam pervênit. Cæſar ab Agrippa domum evocatus, tranſacta hyeme in Ægyptum contendit, exercitum Alexandriam adducit. Antonius Cæſaris Equites in fugam vertit, Claſſis, & Equitatus uterque reconciliatur, & Cæſari adhæret: Hoc advertens M. Antonius ſe ipſum interfecit anno ætatis ſuæ 50. ut alii 56. doleo, inquiens, o Cleopatra, quòd ego ille tantus Imperator, fortitudine ſuperatus ſim à muliere. Hujus Viri illud in primis admirabile dicitur, quod in otio luxurioſiſſimus, in negotio laborioſiſſimus fuit; nec ob res malè geſtas quicquam de ſolitis voluptate remiſit. Vir fortis, & manu promptus, in re bellica, abſtinentia, labore, & fortitudine, in otio verò, & luxuria, temulentia, & libidine omnes ſuperavit. Vide *Sueton.*, *Appianum. Alex. de Bello Civili lib. 4. Plutarchum in Ant.*

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. MAGISTER EQUITUM à C. Jul. Cæſ. Dict. II. dicitur.

A.U.C. 707. Ante Chriſtum 46. *COSS. Q. Fuſſius Calenus. P. Vatinius.*

Ar. * M. ANTON. IMP. Caput M. Antonii cum Lituo.
* CÆSAR DIC. Caput Jul. Cæſ. cum Urceolo. *Gorleus f. 5.*
* M. ANTO. IMP. R. P. C. Caput ut ſuperiùs.
* CÆSAR DIC. Caput ut ſuperiùs. *Patin. Fam. Ant. n. 34.*
* M. ANTON. IMP. Caput ut ſupra.
* CÆSAR. Caput Jul. Cæſ. Laur. *Num. Arſcot. Tab. 1. n. 3. 4.*

M. Antonius Augur fuit, Imp. dictus eſt A.U.C. 710. (1) *allato in urbem Catilinæ capite.* Dio.

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. COS. III. VIR. R. P. C. Ad V. Kal. Decembris.

A.U.C. 711. Ante Chriſtum 42. (2) *COSS. Octavianus Cæſ. Q. Pedius.*

Aur. M. ANTONIUS III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
DIVO JULIO. Caput Jul. Cæſ. cum Comete.
* L. REGULUS IIII. VIR. A. P. F. Figura Thoraci inſidens, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, in quo caput Herculis cum Leonis exuviis. *Patin. Fam. Livineja in omiſſis n. 11.*
* P. CLODIUS M. F. IIII. VIR. A. P. F. Victoria alata nuda, dextra elata, ſiniſtra Parazonium, dextro péde globum calcans, ante quam Aquila expanſis alis, retro Scutum. *Pat. Suet. f. 51.*
* ANTONIUS III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
* L. MUSSIDIUS. T. F. LONGUS IIII. VIR. A. P. F. Mars nudus Galeatus, dextra Haſtam, ſiniſtra flagrum, ſiniſtro pede ſcutum calcans. *Patin. Fam. Muſſid. n. 9.*
ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii.
* CÆSAR IMP. Caput Aug. *Patin. Fam. Ant. n. 19.*
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. L. GEL. Q. P. Caput M. Antonii cum Urceolo.
CÆSAR IMP. PONT. COS. III. VIR. R. P. C. Caput Aug. cum Lituo.
ANTON. IMP. AUGUR. Lituus, Guttus, Gallus Gallinaceus.
CÆSAR IMP. PONT. LEPIDUS IMP. P. M. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus.
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. Caput Antonii cum Lituo.
M. LEPIDUS P. M. III. VIR. R. P. C. Caput Lepidi cum Lituo.
Caput M. Antonii abſque Inſcriptione.
M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Duæ Cornucopiæ, in quarum medio Caduceum alatum.

Ar. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Antonii cum Lituo.
C. CÆSAR IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Aug.
ANT. IMP. Præfericulum, ante quod Pullus Auguralis.
Trophæum, cui ſertum imponit Victoria alata.
* M. ANTON. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Solis radiatum.
* L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS IIII. VIR. A. P. F. CLOACIN. Duo Togati ſeptis conſiſtentes, ſortes ex urnis educentes. *Strada f. 14.*
* M. ANTONI IMP.
III. VIR. R. P. C. Imago Solis, in medio Templi. *M. N.*
* M. ANTON. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
* CÆSAR IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. Caput Aug. *Gorleus f. 5.*
* M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. L. GELL. Q. P. Caput cum Lituo.
CÆSAR IMP. PON. III. VIR. R. P. C. Caput Aug. *Patin. Fam. Ant. n. 17.*
* ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii.
* CÆSAR IMP. Caput Aug. *Gorleus f. 5.*
* ANTONIUS IMP. Caduceum alatum.
* CÆSAR IMP. Caput Aug. *Patin. Fam. Ant. n. 45.*
* M. ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii.
* CÆSAR IMP. Caduceum alatum. *Patin. Fam. Ant. n. 44.*
* IMP. Caput Antonii cum Lituo.
* M. ANTONIUS III VIR. R. P. C. Caput Corona radiata. *Patin. Fam. Ant. n. 83.*
M. ANTONIUS IMP. III. VIR. R. P. C.
C. MARIUS. PROQ. III. VIR. Tria Capita, Antonii, Auguſti, Lepidi.
* P. CLODIUS M. F. Figura milit. nuda galeata, dextra Haſtam, ſiniſtra Sceptrum. *Patin. Fam. Ant. n. 46.*
Caput M. Antonii cum Lituo.
* M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Globus, ſupra quem duplex Cornucopia, Caduceo medio. *M. N.*
* C. VIBIUS VARUS. Figura ſtans dextra Victoriam à qua coronatur, ſiniſtra Cornucopiæ. *M. N.*
* M. ANTONIUS III. VIR. R. P. C. Caput Corona radiata. *Patin. Fam. Ant. n. 8.*
M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. P., *in alio* M. BARBAT. P. C. I. Caput M. Antonii.
C. CÆSAR IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. Caput Auguſti.
ANTONIUS IMP. A. X. L. *in alio* A. X. L. I. Leo gradiens.
III. VIR. R. P. C. Caput Victoriæ alatum.

Pluribus modis ab eruditis Leo in Nummo poſitus, exponitur, primò ab Antonii triumphum, qui primus junctis curru Leonibus triumphavit, alii verò ad Leones, quibus Antonius delectabatur, quòd animi ferocitatem indicarent, quorum ſententiæ & ego accedo, nam, & triumphus hic Antonii in Faſtis Capitolinis non reperitur, & ſi ad triumphum Leonum indicandum ſignatus eſſet Nummus, Biga triumphalis, non unicus tantùm Leo, inſculpta eſſet.

ANT. IMP. Guttus cum Pullo Augurali.
LEP. IMP. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus.
ANTON. IMP. AUGUR. Lituus, Pullus Gallinaceus, Guttus.
CÆSAR IMP. PONT. LEPIDUS IMP. P. M. Capeduncula, Aſpergillum, Securis, Albogalerus.

M.

(1) Cùm ad Exercitum circa Mutinam profectus eſt.
(2) Coſſ. hujus Anni ordinarii C. Vib. Panſa. A. Hirtius, ut ſupra.
A. D. XIII. Kal. Octob. ſuffecti Coſſ. Octavianus Cæſ. Q. Pedius, quo die & anno Octavianus cepit Imperium ſecundùm aliquos, quibus Auctor noſter aſſentitur, & Imperii initio Conſulatum, ut plurimùm Impp. poſtea cepiſſe. Pagi.

M. ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii.
 ✳ C. CÆSAR III. VIR. R. P. C. Caput Solis radiatum in Templo.
✳ M. ANTONII III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
 ✳ C. CÆSAR III. VIR. R. P. C. Caput Aug. *Patin. Fam. Ant. n.* 20.

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. COS. III. VIR. R. P. C. *Cum C. Cæſare, Brutum, & Caſſium in Macedonia vincit.*

COSS. M. Æmil. Lepidus II. L. Munatius Plancus. *A.U.C.* 712. *Ante Chriſtum* 41.

Aur. M. ANTON. III. VIR. R. P. C. Lituus, & infundibulum.
 L. PLANCUS IMP. ITER. Caduceum, vas oblongum, fulmen. *Patin. Fam. Ant. n.* 21.
 L. Munatius Plancus Dux Exercitus Antonii, fuit Vir Conſularis, & Prætorius, & Orator, denique Cenſor ultimus ex privatis, Ciceronis diſcipulus, ad quem ejus epiſtolæ extant: Is dum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit, & Rauricam, quæ nunc Baſilea eſt. Se Antonio cum tribus legionibus conjunxit Bello Mutinenſi, inde ad Conſulatus dignitatem provectus, hoc anno, quo omnes nummos cum Planci nomine cuſos exiſtimamus. Plura de hujus aſſentationibus, & vitiis apud Auctores reperiuntur, quæ, uti extra oleas, ſciens omitto.
Ar. M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Antonii cum Urceolo.
 L. PLANCUS COS. Guttus, & Lituus.
 L. PLANCUS IMP. ITER. Fulmen, Guttus, Caduceum alatum.
✳ M. ANTONIUS IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. Guttus, & Lituus.
 ✳ L. PLANCUS IMP. COS. Vas oblongum in medio Fulminis, & Caducei. *Triſtan. Tom.* 1. *f.* 50.
✳ M. ANTON. III. VIR. R. P. C. Lituus, & infundibulum.
 ✳ L. PLANCUS IMP. ITER. Caduceum, Vas, Fulmen. *Patin. Fam. Ant. n.* 23.

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. COS. III. VIR. R. P. C. *Aſiam luſtrans, Cleopatra ardet.*

COSS. P. Servilius Vatia Iſauricus II. L. Antonius Pietas. *A.U.C.* 713. *Ante Chriſtum* 40.

Aur. ANT. AUG. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
 PIETAS COS. Pietatis Typus, cum Ciconia, & Temone.
 Eo vanitatis proceſſit L. Antonius, M. Antonii Frater, ut ſe PIUM cognominaret, (cum aliàs crudelis exiſteret) ea tantùm ratione quòd Fratris M. Antonii Aſiam luſtrantis, Romaque abſentis dignitatem, & cauſam ſuſtineret, hinc omnes nummi Pietatis ſymbolo ſignati, nomenque PIETATIS arreptum.
M ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. A. NERVA PROQ. Caput M. Ant.
 L. ANTONIUS COS. Caput calvum L. Antonii.
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. M. N. PROQ. P. Caput M. Antonii.
 L. ANTONIUS COS. Caput L. Antonii.
✳ ANTONIUS IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii cum Lituo.
 ✳ PIETAS COS. Figura Stolata, dextra Aram cum igne, ſiniſtra Cornucopiæ cum duabus Ciconiis. *Patin. Fam. Ant. n.* 4.
M. ANT. IMP. Caput M. Ant. cum Lituo, *in alio* Caput Solis radiatum.
 III. VIR. R. P. C. Duo Serpentes, quorum medio Baſis, cui inſtat Figura Stolata, dextra Haſtam, ſiniſtra Urceolum.
 Aſiæ Typus, quam hoc anno circumivit M. Antonius poſt victos anno ſuperiori Brutum, & Caſſium, Bello Philippenſi cum Cæſar in Italiam rediret, in hoc itinere M. Anton., & pecunias ab urbibus exegit, & ditiones vendidit, & Cleopatræ amore irretitus, cum eadem in Ægyptum deſcendit.
Ar. ANT. AUG. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. Ant.
 PIETAS COS. Pietatis Typus cum Ciconia, & Temone.
M. ANTONIUS IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. Ant.
 PIETAS COS. Figura muliebris, dextra Aram cum igne, ſiniſtra Cornucopiæ cum duabus Ciconiis.
M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. M. NERVA PROQ. P. Caput M. Ant. cum Urceolo.
 L. ANTONIUS. COS. Caput L. Antonii.
 Aut Appianus in cognomine Coccei Nervæ, qui Caduceator, Paciſque Arbiter inter M. Antonium, & Cæſarem fuit, erravit eum L. vocans loco M., aut M. hic noſter (Proq. Provincialis Antonii) frater eſt illius Lucii, qui & M. Antonio, & Cæſari Amicus inter utroſque Pacem firmavit anno ſequenti U. C. 714.
✳ ANTONIUS IMP. III. VIR. R. P. C.
 ✳ PIETAS COS. Figura Stolata ſtans, dextra Thuribulum, ſiniſtra Cornucopiæ cum duabus Ciconiis. *Gorleus f.* 4.
✳ ANT. AUG. IMP. III. VIR. R. P. C.
 ✳ PIETAS COS. Pietatis ſimulacrum, cum Ciconia ante pedes, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Gorleus f.* 6.
✳ M. ANT. IMP. AUG. III VIR. R. P. C. M. BARBAT. Q. P. Caput M. Antonii.
 ✳ L. ANTONIUS COS. Caput L. Antonii. *Patin. Fam. Ant. n.* 2.
Ær. M. ANTONIUS. Caput M. Antonii.
 L. ANTONIUS. Caput L. Antonii. *Illuſtriſſimus Spanhemius in præclaro Opere fol.* 584.

M. ANTONIUS IMP. COS. III. VIR. R. P. C. *Pacem cum Cæſare facit, Octavia ejus ſorore uxore ducta.*

(1) *COSS. Domitius Calvinus. Aſinius Pollio.* *A.U.C.* 714. *Ante Chriſtum* 39.

Aur. M. ANTONIUS IMP. AUGUR. III. VIR. R. P. C. *in alio* M. ANTO. IMP. R. P. C. Caput M. Ant. cum Lituo.
 L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopiæ cum Frugibus.

M.

(1) Vide notam 1. pag. 12.

M. ANTONIUS III. VIR. R. P. C. Caput Solis radiatum.
L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopiæ cum Frugibus.
ANT. AUG. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii.
CONCORDIA EXERCITUUM. Duæ dextræ junctæ.
Pace inter Cæſ. & M. Antonium facta. Concordia inter utroſque Exercitus fuit.
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR. R. P. C. Caput M. Ant. cum Lituo.
CÆSAR IMP. PONT. III. VIR. R. P. C. Caput Aug. cum Lituo.
M. ANTONIUS IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. ANT. *in alio* duplex Cornucopia cum Caduceo, & Globo.
L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS IV. VIR. A. P. F. Mars Galeatus, ſiniſtro Crure Clypeo nixus, dextra Haſtam, ſiniſtra flagrum.
P. CLODIUS M. F. Mars nudus, ut ſuperior.

. . . .
✳ CONCOR. EXERCIT. Nexus manuum, in cujus medio Aquila legionaria, nixa Proræ Navis. *Num. Arſcot. Tab. 8. n. 9.*
✳ L. REGULUS III. VIR. A. P. F. Figura virilis nuda, inſiſtens Rupi, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, in quo caput Herculis. *Vaillant. t. 2. f. 8.*
✳ M. SILANUS AUG. Q. PROCOS. In Area Nummi. *Vaillant. t. 2. f. 9.*
✳ D. TUR. Victoria gradiens, dextra Coronam, ſiniſtra Palmam. *Ibidem.*
Ar. M. ANT. C. CÆSAR. Duæ dextræ junctæ Caduceo medio.
III. VIR. R. P. C. Concordiæ caput.
ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput M. Antonii, *in aliis* cum Lituo, *in aliis* cum Comete.
CN. DOMIT. ÆNOBARBUS IMP. Prora Navis cum Stella.
Cn. Domitius Ænobarbus L. F., Neronis Imp. Proavus, primò damnatus inter conſcios Cæſarianæ necis lege Pedia, cùm inſons inventus eſſet, reſtitutus eſt, interque Antonii Duces adſcriptus. Sexto Pompejo pace cum M. Antonio firmata, & mare Siculum claſſe infeſtante, Ænobarbus mare Jonium obtinebat, ac uterque Urbem, & C. Cæſ. hoc anno fame premebant, cæterum procedente tempore, omnibuſque rebus pace firmatis Coſ. fuit A. U. C. 722.
M. ANTO. IMP. R. P. C. Caput Ant. cum Lituo.
L. MUSSIDIUS LONGUS. Cornucopiæ cum Frugibus.
C. CÆSAR IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Auguſti.
Caput M. Antonii abſque Inſcriptione, *alius* cum Lituo.
M. ANTONIUS IMP. Nexus manuum cum Caduceo, faſcibus, & ſecuri.
M. ANT. IMP. III. VIR. R. P. C. { Duplex Cornucopia, in medio Caduceum alatum.
{ Duplex Cornucopia, in medio Caduceum, & Globus.
ANT. IMP. Guttus cum Pullo Augurali.
CÆSAR IMP. Aſpergillum, Securis, Albogalerus.
M. ANTON. AUG. IMP. III. VIR. R. P. C.
M. SILANUS AUG. Q. PROCOS. In medio Nummo.
M. Junius Silanus, & Augur, & Quæſtor Proconſularis, ſive Proconſulari Imperio, in Nummo inſcribitur. Hic primò Cæſaris in Gallia Legatus, poſt ejuſdem cædem in Galliam cum Lepido conceſſit, inde cum parte copiarum, Mutinenſis obſidionis tempore, in Italiam à Lepido miſſus, cum exercitu Antonio ſe junxit, à quo fortè, & Auguratus dignitatem, & Quæſtorium Imperium cum Proconſulari poteſtate accepit, ut indicat Nummus.
ANTONIUS IMP. *in aliis* ANTON. IMP. Caput M. Ant. *in aliis* Galeatum, *in aliis* cum Caduceo, *in aliis* cum Lituo.
III. VIR. R. P. C. { Caput Deæ Concordiæ.
{ Tria ſigna Caſtrenſia in medio Aquila.
ANT. AUG. III. VIR. R. P. C.
CONCORDIA EXERCITUUM. Duæ dextræ junctæ.
FIDES PRÆTORIANORUM, *alius addit* P. V. A. Duæ dextræ junctæ.
ANT. IMP. III. VIR. R. P. C.
CONCORDIA PRÆTORIANORUM P. V. A. Figura ſtans, dextra Caduceum, ſiniſtra Cornucopiæ.
FIDES EXERCITUUM. Duæ dextræ junctæ.
FIDES PRÆTORIANORUM, ut ſuperior.
Æ. ✳ Caput M. Antonii C. Cæſaris, & Octaviæ jugata.
. . . . Navis expanſis velis. Epigraphe non legitur. *Ex Ind. Polatio.*

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. COS. AUG. III. VIR. R. P. C.

A. U. C. 715. Ante Chriſtum 38. COSS. *L. Marcius Cenſorinus. C. Calviſius Sabinus.*

Pace cum Sex. Pomp. ad Miſenum facta, Coſ. Deſ. II., & III. M. Antonius. Inde in Græciam navigat, ubi Bacchus dici vult, ejuſdem habitu, cultu, & moribus aſſumptis.
P. Ventidius ab Antonio contra Parthos miſſus eos prælio victos, Syria, & Tauro monte, Labieno Duce occiſo, expellit. Hinc Antonius Imp. II. anno ſequenti.

Ar. M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput M. Ant. cum Lituo, & Corona Hederacea.
Antonius in Græcia inter alia, quæ contra patrium morem egit, Bacchum ſe alterum nominavit, idque nominis ſibi ab aliis tribui voluit, ex Dione, qui cultum ipſius Bacchicum, vitamque deſcribit lib. 48. ex quo HEDERACEA CORONA *in Nummis ornatur, ut in alio infra, cum Racemis, ultra coronam hederaceam.*
III. VIR. R. P. C. Caput muliebre cippo impoſitum, hinc inde duo Angues erecti. *Aſiæ Typus.*
M. ANTON. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Capita Antonii, & Octaviæ jugata.
III. VIR. R. P. C. Figura inſtans Cippo, dextra Urceolum, ſiniſtra Haſtam puram, cum duobus hinc inde Serpentibus.

AN-

ANTONIUS AUGUR. COS. DES. ITER. ET TER. Caput M. Antonii.
M. SILANUS AUG. Q. PROCOS. In medio Nummo.
* M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. Caput Antonii in Corona hederacea, faſcia addita cum racemis.
* III. VIR. R. P. C. Caput fœmin. in Ara rotunda inter duos Angues. *Gorleus f. 5.*
* M. ANTO. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput Ant. & Octaviæ.
* III. VIR. R. P. C. Simulacrum muliebre inſiſtens Aræ rotundæ, inter duos Angues, dextra Victoriolam, ſiniſtra haſtam puram. *Gorleus ibidem.*
Ex Aſiæ Typo in adverſa parte ſculpto Cleopatræ potius, quàm Octaviæ Caput exiſtimo, Caput jugatum cum illo Antonii.
Caput M. Ant. abſque Inſcriptione, *in alio* Caput radiatum.
COS. DESIG. ITER. ET TERT. III. VIR. R. P. C. { Duæ Sellæ Curules cum Tribus Coronis. / Figura ſtolata ſtans, dextra lituum.

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. II. COS. DES. ITER. ET TERT. III. VIR. ITER. R. P. C. à Prid. Kal. Jan. (1)

COSS. Ap. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flaccus. *A.U.C.716. Ante Chriſtum 37.*

Ventidius Pacorum cum exercitu fundit. Hinc M. Ant Imp. III., ac Triumphus Ventidii ex Tauro Monte & Parthis V. Kal. Decembris.

Aur. ANT. IMP. AUG. III. VIR. ITER. R. P. C. Victoria alata, dextra ſertum, ſiniſtra Trophæum.
LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR. ITER. R. P. C. Caput Lepidi cum Litun, & Urceolo.
A. U. C. 711. M. Aimil. Lepidus M. Antonius, & Imp. Cæſar III. VIR. R. P. C. facti ſunt ex A. D. V. Kal. Decemb. ad Prid. Kal. Jan. Sex. unde hoc anno antequam tempus conſtituti III. viratus abſolveretur, eundem prorogaverunt, III. Virique iterum dicti ſunt ad Prid. Kalend. Quintil.
* M. ANTONIUS M. F. M. N. AUG. IMP. ITER. Figura ſeminuda galeata dextra haſtam, ſiniſtro pede ſcutum calcans.
* COS. DESIG. ITER. ET TERT. III. VIR. R. P. C. Leo gradiens, dextra gladium, ſupra Leonem ſidus. *Pat. Fam. Ant. num. 81.*
Ar. IMP. ANT. AUG. III. VIR. ITER. R. P. C. Victoria alata, dextra ſertum, ſiniſtra Trophæum.
CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Aug.
M. LEPIDUS. IMP. PONT. MAX. III. VIR. R. P. C. Caput Lepidi.
IMP. ANTONIUS AUGUR. III. VIR. ITER. R. P. C.
PAX Victoria ſtans, dextra lauream, ſiniſtra palmam.
Pacis firmatæ ad Miſenum inter Cæſ. M. Ant. & Pompejum, Nummus hic teſtis eſſe poteſt, ſignatus à M. Antonio III. VIR. Iter. anno ſcilicet proximè ſequenti.
Victoria coronans Trophæum abſque Inſcriptione.
* M. ANT. IMP. ITER. Caput Ant. cum Lituo.
* L. MUSSIDIUS T. F. LONGUS III. VIR. A. P. F. CLOACIN. Duo Togati ſeptis conſiſtentes, ſortes ex urnis educentes. *Goltz. num. 47. Antonii.*
Ex Comitiorum Cancellis, & inſcriptione CLOACIN, quæ ad Venerem Cloacinam refertur, cujus Templum in Comitio erat, arguit Eruditiſſimus Ful. Urſinus, in familiis Romanis à Sabinis ortum MUSSIDIUM, qui Nummum ſignavit, cùm, Venus Cloacina, in cloaca à T. Tatio Sabino reperta, & conſecrata fuerit.
IMP. ANT. AUGUR. III. VIR. R. P. C.
P. VENTIDI P. F. PROCOS. Biga Victoriata.
* M. AN. IM Caput cum Lituo.
* P. VENT. PONT. IMP. Figura nuda, dextra haſtam, ſiniſtra pateram. *Seguin. f. 184.*
Nummi hi cuſi in triumpho Parthico P. Ventidii, ad eundem referendi videntur.
Æ. * M. ANT. IMP. II. COS. DESIG. . . . . III. VIR. R. P. C. Capita M. Antonii, & Cleopatræ ſe reſpicientia, ex parte Cleopatræ dimidiata Navis.
* PRÆF. CLASS. T. F. B. Navis expanſis velis. *Patin. Fam. Ant. num. 82.*
* M. ANTONIUS IMPERATOR. COS. DESIGNATUS ITERUM R. C. Caput M. Ant. in Corona hederacea.
* Colubres, & Ara, ſupra quam eminet Cleopatræ Caput. *Ex Theſ. Mauroc. J. C. Bon.*
* M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput M. Ant. Corona hederacea.
III. VIR. R. P. C. Ara, ſupra quam eminet Cleopatræ Caput, hinc & inde duo Colubres exſurgunt. *Muſæi Fedriciani.*

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. II., ET III. COS. DES. IT., ET TER. III. VIR. ITER. R. P. C.

COSS. L. Gellius Poplicola. M. Coccejus Nerva. *A.U.C.718. Ante Chriſtum 35.*

Bellum Parthis infert M. Anton., ſuaſore Arthavaſde, Armeniæ Rege, & vincitur.

Aur. IMP. ANT. AUGUR. III. VIR. R. P. C.
IMP. TER. { Trophæum. / Thiara Parthica cum ſagitta.
Ad indicandum bellum, quod cum Parthis gerere decreverat Antonius, Thiaram Regium Parthorum Diadema, quam Cydarim vocant, Arcumque, & Sagittas, peculiaria Parthorum arma, hoc Nummo ſignavit.
M. ANTON. M. F. M. N. AUG. IMP. TER.
COS DESIG. ITER. ET TER. III. VIR. R. P. C. Duæ ſellæ cum tribus Coronis.
* M. ANTON. IMP. Caput M. Anton. cum Lituo.
* IMP. TER. Thiara Parthica, cum Arcu, & Sagitta. *Num. Arſcot. Tab. 7. num. 1. 2.*

(1) Kal. Januarii hujus anni incipit Æra Hiſpanica.

* M. ANTONIUS M. F. M. N. AUGUR. IMP. ITER. Caput M. Anton. Cornubus Hircinis.
* C. MARI. PROQ. III. VIR. Tria capita, ſupra quæ laurea pendet. *Num. Arſcot. Tab. 7. n. 7. 8.*
* M. ANTON. M. F. M. N. AUG. IMP. TER. Tripus ſupra quam Stella, in medio duo Corvi, hinc Lituus, illinc Capeduncula.
* COS. DESIG. ITER. ET TER. Duæ Sellæ Curules, ſive menſa, ſupra quam tres laureæ. *Num. Arſ. Tab. 7. num. 11. 12.*

Ar. ANTONIUS AUGUR. COS. DES. ITER. Caput M. Ant.
III. VIR. R. P. C. IMP. TERTIO. Thiara Parthica, cum Arcu, & Sagittis.
ANT. AUG. IMP. TER. COS. DES. ITER. ET TER. III. VIR. R. P. C.
CONCORDIA EXERCITUUM. Tria ſigna Caſtrenſia.
M. ANT. M. F. M. N. AUGUR. IMP. TER. Caput Solis.
III. VIR. R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TER. Figura ſtolata, & velata, deſtra tenens Lituum forma Augurali.
Teſtatur Paterculus lib. 2. Antonium ſe Oſirim nominaſſe, quòd Solis vocabulum eſſe aſſerunt, & Herodotus, & Diodorus Siculus; unde plures Nummi, cum Solis capite radiato, & cum Jovis Hammonis Cornigero, ad hoc indicandum cuſi ſunt.
M. ANTON. M. F. M. N. AUG. IMP. TER. *in al.* caput Jovis Hammonis cornubus hircinis.
COS. DESIG. ITER. ET TER. III. VIR. R. P. C. Duæ Sellæ Curules cum tribus Coronis, Caput Solis radiatum.
Hammonem Jovem, occidentem Solem, Libyes exiſtimarunt, quem Arictinis cornibus ſingunt, quibus maximè id animal valet, ut radiis Sol. Servius in 4. Æneid. Higinus. Ad nomen Oſiridis ab Antonio uſurpatum referri poteſt.
Caput M. Antonii abſque Inſcriptione.
ANTONIUS AUG. IMP. III. In medio Nummo.
ANTONIUS AUGUR. COS. DES. ITER. ET TER. Caput M. Antonii.
IMP. TERTIO III. VIR. R. P. C. Thiara Parthica, cum Arcu, & Sagittis.
* M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput M. Antonii, Corona hederacea, cum Corymbis.
* Pharetra, cum Arcu, & Sagittis, & Anguibus hinc inde contortis. *Gorleus f. 7.*
* M. ANTONIUS M. F. M. N. AUGUR. IMP. TER. Figura velata dextra Lituum.
* III. VIR. R. P. C. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput Corona radiata. *M. N.*
M. ANT. IMP. TER. COS. . . . . Capita M. Ant. & Cleopatræ ſe reſpicientia.
L. ATRATINUS. Quatuor equi-marini.
* Quatuor equi marini jugati, quibus inſiſtunt duæ figuræ. *Pat. Fam. Ant. n. 33.*
L. Sempronius Atratinus, Antonii, in Ægypto, cum Cleopatra laſcivientis Dux præcipuus, hunc Nummum cudi juſſit, (ut eruditiſſimus Patinus in Fam. Sempron. explicat,) ad indicandum, Antonii, & Cleopatræ, Terræ, Mariſque Imperium, hinc fortè Conſulatum meruit A. U. C. 720. cùm M. Antonius eadem die, & Conſul proceſſit, & L. Atratinum in ſuum locum ſuffecit.
* M. ANT. AUGUR. III. VIR. R. P. C.
* IMP. TER. Trophæum armorum, cum duobus hinc inde clypeis, & jaculis. *Patin. Fam. Ant. num. 39.*
* IMP. ANT. AUGUR. III. VIR. R. P. C. Caput M. Ant.
* IMP. TER. Trophæum armorum, ad cujus pedes hinc Prora Navis, inde ſcutum. *Patin. Fam. Ant. num. 40.*
* Trophæum Navale. *Gorleus f. 5.*
* M. ANTONIUS M. F. M. N. AUGUR. IMP. TER. Antonii ſtatua habitu Augurali.
* III. VIR. R. P. C. COS. DES. II. ET TERT. Solis imago. *Gorleus f. 5.*
IMP. TER.
* Trophæum cum Prora Navis. *Ex Theſ. Maurocено J. C. Bon.*

Æ. M. ANT. IMP. COS. DES. . . . CLEOPAT. . . . Duo capita jugata.
* PRÆF. CLASS. Navis. *Patin. Ind. Æ. medii.*
* M. ANT. BARBATUS. Caput Aug.
* IMP. ANT. Capricornus. *Pat. Ind. dicto.*
M. ANTONIUS IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT. Caput M. Antonii.
L. GELLI M. F. POBLICOLA. M. OCTAV. Q. PRÆTORI ANT.
M. ANTON. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. III. VIR R. P. C. *in alio* Capita Anton. & Cleopatræ jugata.
M. BARBAT. PROPR. P. R. A. Prætoria Navis Antonii.
M. Valerius Meſſalla Barbatus hic eſt de quo Appianus lib. 5. Belli Civilis ſcribit. BARBATUS, ANTONII QUÆSTOR, *nonnihil Antonio infenſus, & ob id reverſus in Patriam, interrogantibus dicere ſolebat. Antonium iis, qui contra Cæſaris communem potentiam depugnarent, ſubiraſci, qua ex re plures, relicto Antonio, ad Cæſarem tranſierunt.*
* P. CANIDIUS CRASSUS LEG. AF. Prætoria Navis.
P. Canidius Craſſus, (fortè filius Canidii, Catonis in Cypro comitis,) Dux Antonii, relictus legatus in Armenia, devicta ea gente, ac Iberorum, Albanorumque Regibus ſubactis, ad Caucaſum uſque proceſſit, teſte Appiano. In Nummo LEG. AF. inſcribitur, ex quo in Africa Imperium habuiſſe arguitur. Cæterum Canidiam gentem unus hic Nummus illuſtrat, quem doctiſſimi Ful. Urſinus, & Patinus in familiis præteriere.
* L. PINARIUS SCARPUS IMP. AF. Navis expanſis velis. *Angellon. fol. 24. n. 10. 12.*
L. Pinarius Scarpus IMP. AF. tempore Belli Actiaci, Africam cum Exercitu nomine Antonii obtinebat, ſed perfidus in Antonium fidem cum fortuna (eo victo) mutavit, & miſſos ad ſe ab Antonio repetente exercitum necavit. Plura ex Dione lib. 51.
* M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TER. (1) III. Capita jugata Antonii, & Cleopatræ.
* . . . . . TEJUS CAPITO PROPR. Navis expanſis velis. *Pat. Fam. Ant. n. 29.*
Fontejus Capito Prop. Claſſis Antonianæ Antonis Dux, & Amicus fidus, cui illud negotii datum eſt ab Antonio, ut venienti ſibi ex Italia, ac in Parthos ituro, Cleopatram in Siriam adduceret, ex Plutarcho. Unde hunc, & ſequentes Nummos ab eodem Fontejo ſignatos, ne tam egregii

(1) Vel III. non eſt in Nummo; vel forſan III. VIR. R. P. C. nummus habet, ut ſuperiores.

acti memoria interiret, junctis capitibus jugatis Cleopatræ, & Antonii, prætoriaque Navi, qua Cleopatram ad Antonium produxit, quod nullus antea animadvertit.

* M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. III. Navis expanſis velis.
* . . . . TEJUS CAPITO PROPR Capita jugata Ant. & Cleopatræ. Pat. *Fam. Ant. n.* 30.
* M. ANT. IMP. COS. DESIG. ITER. ET TERT. Caput M. Antonii.
* . . . . . OPPIUS CAPITO S. Caput Piſcis, ſagittis transfixum. Pat. *Fam. Opp. n.* 2.
M. ANT. IMP. TER. COS. Capita Cleopatræ, & M. Antonii adverſa.
L. ATRATINUS. Quatuor Equi Marini, quibus inſunt duæ figuræ.
Ær. * Caput M. Antonii abſque Inſcriptione.
* L. BIBULUS. Navis prætoria. Pat. *Fam. Ant. n.* 22.
L. Calpurnius Bibulus, partium Bruti, & Caſſii, impetratá veniá Antonio adhæſit, à quo Syriæ Præfectus fuit, & in ea deceſſit. Ex Appiano.
* Duo capita jugata Cleopatræ, & M. Antonii.
* L. BIBULUS. Navis prætoria velis expanſis. *Pat. Fam. Ant. n.* 28.
* Capita adverſa M. Antonii, & Cleopatræ.
* M. OPPIUS CAPITO PRÆF. C. L. M. Antonius, & Cleopatra in Biga Hipopotamorum. *Schedæ Sponnianæ.*
M. Oppius Capito, filius fortè Caji, intimi Jul. Cæſ. Amici, Antonianus Dux, claſſis præfectura donatus, eundem cum Cleopatra in Biga Hipopotamorum in averſa Nummi parte collocavit, ut & eorum Imperium in Ægypto, in cujus fluvio Nilo, Hipopotami tantùm gignuntur indicaret, & eoſdem Oſiridis, & Iſidis, Ægyptiorum Deorum cultu coleret.

M. ANTONIUS M. F. M. N. IMP. III. COS. II. DES. III. VIR ITER. R. P. C.

COSS. M. Antonius II. L. Scribonius Libo. — *A.U.C. 720. Ante Chriſtum 33.*

Arthavaſde Armeniæ Rege per fraudem capto, Alexandriæ triumphat M. Ant., & Cleopatram Reginam Regum renunciat.

Aur. IMP. ANT. AUG. COS. ITER. DESI. TER. III. VIR ITER.
IMP. TER. Trophæum.
IMP. ANTON. AUG. COS. ITER. DES. TER. III. VIR ITER. R. P. C.
IMP. TER. Trophæum Navale.
Ar. IMP. ANTON. AUG. COS. ITER. DES. TER. III. VIR ITER.
IMP. TER. Trophæum.
IMP. ANTON. AUG. COS. ITER. DES. TER. III. VIR. ITER. R. P. C.
IMP. TER. Trophæum Navale.
ANTONI. ARMENIA DEVICTA. Caput M. Ant. cum Cydari.
REGINÆ REGUM. FILIORUM REGUM CLEOPATRÆ. Caput Cleopatræ cum Prora Navis.
Antonius non ferens, à Parthis, quibus Bellum indixerat, ſuaſore Rege Armeniæ Arthavaſde victum fuiſſe, ultionis ergo per fraudem Arthavaſdem Regem Armeniæ fide data productum, in vincula aurea conjici juſſit, poſtmodum univerſa Armenia, partim vi, partim deditione potitus eſt, reverſuſque in Ægyptum de Armenia, Regeque Arthavaſde triumphavit.
Antonius Alexandriæ triumphans, non tantùm Reginam Regum Cleopatram dixit, ſed & Ptolemæum, (quem Cæſarionem cognominabant) Cleopatræ, & Jul. Cæſ. fil. Regem Regum vocari juſſit, filioque ſuo ex Cleopatra nato Regnum donavit Armeniæ, unde filiorum Regum Regina, rectè in Nummo inſcribitur.
Ær. * . . . . III. VIR R. P. C. Capita M. Antonii, & Cleopatræ.
* L. ATRATINUS AUGUR. COS. DESIGN. Triremis cum velo expanſo. *Theſ. Medicæi, ex litteris Reverendiſſimi Noris.*

M. ANTONIUS M. F. M. N. COS. DES. III. IMP. III. III. VIR. ITER. R. P. C.

COSS. Domit. Ænobarbus. C. Soſius. — *A.U.C. 722. Ante Chriſtum 31.*

Novæ diſcordiæ inter M. Antonium, & Cæſarem oriuntur.

Aur. * ANTON. AUG. IMP. III. COS. DES. III. III. VIR R. P. C. Caput M. Antonii.
* M. ANTONIUS M.F. . . . . . . Caput juvenile M. Antonii III. Viri majoris filii. *Seguin. f.* 99.
Ex Fulvia ſecunda M. Ant. III. Viri uxore genitus primus eſt hic M. Ant. filius, quem Antillum, & Dio, & Plutarchus vocant, huic Cæſaris filia ſponſa eſt A. U. C. 717., tamen Patris fortunam ſecutus eſt, nam à C. Cæſare poſt Actiacam victoriam interimi juſſus eſt, cùm Pater ei paulò primùm togam virilem dediſſet, quo tempore fortè cuſus hic Nummus, quem eruditiſſimo, & Illuſtriſſimo Antiquario debemus.
Ar. ANT. AUG. IMP. III. COS. DES. III. III. VIR R. P. C. Caput M. Ant.
PAR. Victoria ſtans dextra lauream, ſiniſtra Palmam.
* ANTON. AUG. IMP. III. COS DES. III. III. VIR R. P. C. Caput M. Ant.
* ANTONIUS AUG. IMP. III. In medio Nummo. Pat. *Fam. Ant. n.* 26.
ANTON. AUG. III. COS. DES. III. III. VIR R. P. C.
ANTONIUS AUG. IMP. III. In medio Nummo.
IMP. ANTON. AUG. IMP. IV. COS. DES. III. III. VIR ITER. R. P. C. Caput Ant. cum Lituo.
ALEXANDR. ÆGYPTI. Palma pulcherrima, Corona hederacea circumdata.
Caput M. Ant. abſque Inſcriptione.
IMP. ANTON. AUGUR. COS. DES. III. IMP. IV. In medio Nummo.
Ær. IMP. Caput M. Antonii.
C. SOSIUS Z. A. Aquila inſiſtens fulmini cum Caduceo.
C. Soſius Antonii Dux, hoc anno Coſ. factus, cum Gn. Domitio Ænobarbo, fuit Syriæ, & Ciliciæ

ab

ab Antonio Præfectus, is, & Antigonum jugulavit, & Herodem Judæorum Regno præfecit, ex Dione.

✳ IMP. Caput ut ſuperius.
✳ C. SOSIUS. Aquila inſiſtens fulmini. *Pat. Suet. fol. 74.*
✳ Caput Ant. abſque Inſcriptione.
✳ SOSIUS IMP. Figura muliebris nuda Monticulo inſidens, cum figura virili pariter nuda revinctis a tergo manibus alio Monticulo inſidente, inter has Trophæum. *Pat. Suet. f. 74.*
Trophæum, hinc, & inde captivus, manibus poſt terga revinctis. *Vaillant. tom. 1. f. 9.*
✳ M. ANTON. . . . . CLEOP. Capita Antonii, & Cleopatræ jugata.
✳ PRÆF. CLASS. Navis expanſis velis. *Pat. Fam. Ant. n. 80.*
✳ Capita jugata M. Antonii, & Cleopatræ.
✳ ANTON. Leo gradiens. *Pat. Fam. Ant. n. 32.*
✳ M. ANTON. . . . . . CLEOP. Capita jugata M. Antonii, & Cleopatræ.
✳ ALEX. CLASS. Navis Prætoria cum velis, & remis. *Triſtan. tom. 1. fol. 52.*
✳ M. ANT. IMP. TER. COS. DES. III. Facies Ant. & Cleopatræ.
✳ L. ATRATINUS. Quatuor Equi marini, duas figuras in curru trahentes. *Ex Theſ. Medic. Reverendiſſimus Noris.*

M. ANTONIUS M. F. M. N. COS. III. IMP. IV. III. VIR ITER. R. P. C.

COSS. Romæ C. Julius Cæſ. Octavian. III. Meſſalla Corvinus.
M. Anton. III. Alexandriæ in Ægypto.

A.U.C. 723. Ante Chriſtum 30. *Hoc anno M. Antonius ad Actium victus eſt.*

Ar. M. ANTONIUS AUG. IMP. III. COS. TERT. III. V. R. P. C.
Victoria ſtans, dextra lauream, ſiniſtra Palmam, hinc, & inde duo rami lauri. *Patin. Theſaur.*
M. ANTO. COS. III. IMP. III. Caput Jovis Ammonis.
ANTONIO AUG. SCARPUS IMP. Victoria ſtans dextra ſertum, ſiniſtra Palmam.
✳ M. ANTON. AUG. IMP. III. COS. TERT. III. VIR R. P. C. Caput Antonii.
✳ . . . . Laurea, in cujus medio Victoria, dextra lauream, ſiniſtra Palmam. *Gorleus fol. 6.*
✳ ANTONIUS IMP. Caput Galeatum.
✳ COHORTIUM PRÆTORIANARUM. Duo ſigna militaria, Aquila legionaria media. *Strada f. 9.*
Cohors legionis decima pars, ex eo dicta, quòd ex pluribus manipulis coaluerit. Prætoriam verò Cohortem ex Scribis, Accenſis, Præconibus, Lictoribus, Interpretibus, Tabellariis, Aruſpicibus, Cubiculariis, Medicis, aliiſque quotidianæ vitæ Sociis conſtitiſſe, Auctor eſt Roſinus Antiq. Rom. lib. 7. cap. 42., eam tamen hoc loco ſic non eſſe accipiendam, ſuadent ſigna Caſtrenſia, & Aquila legionaria in Nummis cuſa, quæ Cohortem legionis partem fuiſſe ſignificant, & quidem primam, quæ Aquilam legionariam ferebat.
ANT. AUG. III. VIR R. P. C. *in alio* AUGUR. Navis Prætoria.
COHORTIUM PRÆTORIARUM. Signa Caſtrenſia.
COHORTIS SPECULATORUM. Signa Caſtrenſia cum Coronis, & Proris Navium.
LEG. PRI. Tria ſigna Caſtrenſia, Aquila in medio.
Legio à legendo, ſive ab eligendo appellata, pars erat exercitus Romani, numerus militum ejuſdem, non ſemper idem fuit, nam primùm legio ſub Romulo 3000. Peditum, & 300. Equitum fuit, ab eodem poſtea Romulo Sabinis in Civitatem acceptis ad num. 4000. aucta, unde quadrata dicta fuit. Sex millium, & ducentum hominum legionem C. Marium primò conſcripſiſſe Auctor eſt Feſtus Pompeius, numerus tamen hic extraordinarius fuit, non decreto Senatus, ſed Imp. auctoritate. Cæterùm ex Polybio, & aliis legio Romana ſtante Republica quinis millibus peditum, & tricenis Equitibus conſtabat.
Legionum verò numerus fixus non fuit, nam primò quotannis quatuor legiones ſcribi ſolebant, quæ Conſulibus ad Bella proficiſcentibus, ſingulis binæ tradebantur, ſed urgente neceſſitate uſque ad XIIX. & plures numerus auctus fuit. In M. Antonii exercitu XXX. legiones extitiſſe, docent nos Nummi.
ANT. AUG. III. VIR R. P. C.
✳ LEG. I. Duo ſigna Caſtrenſia, Aquila legionaria media. *Gorleus fol. 5.*
LEG. PRIMA ANTIQUÆ.
✳ LEG. II. M. N.
LEG. III.
LEG. IV.
LEG. V.
LEG. VI.
LEG. VII.
LEG. VIII.
LEG. IX.
LEG. X.
LEG. XI.
✳ LEG. XII. M. N.
LEG. XII. ANTIQUÆ.
LEG. XIII.
LEG. XIV.
LEG. XV.
LEG. XVI.
✳ LEG. XVII. M. N.
LEG. XVII. CLASSICÆ.
✳ LEG. XIIX. *Pat. Fam. Ant. n. 80.*
LEG. XVIII. LYBICAE.
✳ LEG. XIX. M. N.

(LEG. II. – LEG. XIX.:) Duo ſigna Caſtrenſia, Aquila legionaria media.

LEG.

Digitized by Google

* LEG. XX. *M. N.*
LEG. XX. HISPANICÆ.
LEG. XXI.
LEG. XXII.
* LEG. XXIII. PRIMIGENIÆ. *Num. Arſcot. tab. 8. n. 23.*
LEG. XXIIII.
LEG. XXIV.
LEG. XXV.
LEG. XXVI.
LEG. XXVII.
LEG. XXVIII.
LEG. XXIX.
LEG. XXX.

Duo ſigna Caſtrenſia, Aquila legionaria media.

LEG. VI. ANTONINUS, ET VERUS REST.
* M. ANTO. COS. III. IMP. III. Caput Jovis Ammonis.
LEG. VII. SCARPUS. Duo ſigna militaria, Aquila media. *M. N.*

7



A U G U S T U S.

Octavius Pater in luco Bacchi, qui in Thracia erat, Oraculum conſuluit, quod reſpondit, filium ſuum, Dominum Orbis fore, eo quod infuſo ſuper altare mero tantum flammæ emicuit, ut ad Cœlum uſque ferretur, quod uni olim Alexandro Magno oſtentum ibidem ſacrificanti evenit; Natus eſt Romæ ad Capita Bubula, ut Sveton. Velitris, ut Dio, M. Tullio Cicerone, & C. Antonio Coſs., Patre Octavio, Matre Atia, non Actia, ut paſſim ſcribitur anno Orbis 3900. U. C. 691. ante Chriſtum 62. infans in cunis repoſitus, aliquando non eſt repertus, requiſitus autem in altiſſima Turri inventus eſt, jacens contra Solis exortum. Aquila adhuc puero, è manu rapuit panem; mox delapſa reddidit. Adoptatus eſt à Julio Cæſare Avunculo ſuo, & ob Victorias dictus eſt Auguſtus, non à verbo augeo, ſed ab avium geſtu, & guſtu. Vide integram ipſius Hiſtoriam copioſè apud *Sveton.*, *Dionem*, *& Goltzium in Auguſto.*

C. OCTAVIUS C. F. C. N. Occiſo C. Julio Cæſare Avunculo, & Patre C. JULIUS CÆSAR DIVI F. OCTAVIANUS dicitur A. U. C. 710.

Poſt Victoriam Mutinenſem A. D. XIV. Kal. Maji IMPERATOR dicitur A. U. C. 711. Ante Chriſtum 42.

A. D. V. Kal. Decembris III. VIR R. P. C. cum M. Antonio, & M. Æmil. Lepido conſtituitur.

COSS. A. Hirtius. C. Vibius Panſa, quibus occiſis. *C. Julius Cæſar Octavian. Q. Pedius.* *A. U. C. 711. Ante Chriſtum 42.*

Obſervandum, quòd duo Imperii Auguſti initia à Scriptoribus uſurpantur, prius à comparato exercitu, alterum ab Actiaca Victoria. Prius initium alii à Cæde Cæſaris, alii à Conſulatu ipſius Aug. (ut ego) quem Collega Pedio inivit, poſt Cædem amborum Coſs. qui incidit in annum U. C. 711. 14. Kal. Septembris.

Aur. CÆSAR DIVI F. Caput Aug.
DIVI JULI. Caput Cæſ. *in aliis* laureatum cum Comete.
Sveton. in Cæſ. cap. 58. Ludis, quos primò conſecratos, ei (Julio) hæres Auguſtus edebat, Stella crinita, per ſeptem dies continuos fulſit, exoriens circa undecimam horam, creditumque eſt animam eſſe Cæſaris.

* Caput Aug.
* CÆSAR DIVI F. Figura Equeſtris, dextra expanſa. *M. N.*
* CÆSAR IMP. Caput Aug.
* ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii. *Pat. Fam. Ant. n. 19.*
Poſt Victoriam Mutinenſem, Cæſar cum M. Antonio, & Lepido in gratiam rediit, unde III. VIRI R. P. C. conſtituti.

. . . .

* L. MUSSIDIUS LONGUS III. VIR A. P. C. Mars nudus Galeatus, dextra haſtam, ſiniſtra flagrum, ſiniſtro pede ſcutum calcans. *Num. Arſcot. tab. 9. n. 12.*
* TI. SEMPRONIUS GRACCUS III. VIR Q. D. Fortuna ſtans dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Vaillant. t. 2. fol. 16.*
IMP. Caput Cæſ. Galeatum.
CÆSAR DIVI F. Bigæ Aurigante Victoria.
Ad Victoriam Mutinenſem referendus, qua & Antonius victus in Gallias fugit, & ambo Conſules Hirtius, & Panſa occiſi.

F DIVI

DIVI JULI F. Caput Aug.
✻ TI. SEMPRON. GRACCUS III. VIR Q. D. Fortuna ſtans, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Patin. Theſaur.*

Ar. IMP. Caput Galeatum.
L. MESCINIUS RUFUS. Mars nudus Galeatus, dextra haſtam, ſiniſtra Parazonium.
Imperatoris vocabulo duobus modis Romani uſi ſunt, uno pro quocumque exercitus Duce, qui ſuis auſpiciis rem gereret, & qui Imperium, ideſt jus belli gerendi haberet, altero, qui hoſtibus magno prœlio fuſis, ac profligatis, eo nomine militum acclamatione affectus eſſet primùm, deinde ſententia Senatus in Urbe ornatus. Poſt Auguſtum verò reliqui etiam ſoliti ſunt in titulis, & monumentis notare, quoties ob rem benè geſtam, Imperatores eſſent à militibus appellati, id quod Reip. tempore nunquam factum reperitur.
DIVI JULI. Caput Juli cum Comete.
CÆSAR DIVI F.
- Bigæ triumphales.
- Figura Equeſtris.
- Figura ſtolata, dextra Ramum, ſiniſtra Cornucopiæ.
- ✻ Venus incumbens Columnæ, ſiniſtra haſtam puram, dextra Galeam, à tergo ſcutum ex *M. N. ad originem gentis Juliæ referendus.*

CÆSAR DIVI F. Caput Aug.
DIVI JULI
- Caput Juli.
- Caput Jul. laur. cum Comete.

✻ S. P. Q. R. Cupido Delphino inequitans inter duo ſydera. *Seguin. fol.* 108. *ubi egregiè Nummum explicat.*
IMP. CÆSAR. Caput Aug.
- Quadrigæ triumphales.
- ✻ Ara, *Maximi Moduli. Ex Theſ. Maurocæno J. C. Bon.*
- ✻ Faſciculus ſex Ariſtarum. *Eodem Modulo ibidem.*

CÆSAR DIVI F. Caput Veneris.
Caput Aug. abſque Inſcriptione.
IMP. CÆSAR DIVI F. Victoria inſidens Globo.
AUGUR. PONTIF. Caput Jovis Hammonis.
✻ CÆSAR IMP. Caduceus alatus.
✻ M. ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii. *Pat. Fam. Ant. n* 44.
✻ CÆSAR IMP. Caput Aug.
✻ ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii. *Paruta Sicil. in Nummis Græc., & Lat. num.* 72.
✻ M. ANTONIUS IMP.
- Caduceus alatus. *Pat. Fam. Ant. num.* 45.
- ✻ Caput M. Antonii cum lituo. *Paruta ibid. num.* 73.

✻ CÆSAR DIVI F. Victoria ſtans, dextra Lauream attollens, ſiniſtra Palmam.
✻ SCARPUS IMP. Manus expanſa. *Pat. Fam. Pinaria num.* 5.
IMP. CÆSAR SCARPUS IMP. Manus expanſa.
DIVI F. AUG. PONT. Victoria inſiſtens Globo, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam.
✻ DIVI JULI F. Caput Aug.
TI. SEMPRO. GRAC. Q. DESIG. Signum militare, Aquila legionaria, Aratrum, Decempeda. *Omnia inſtrumenta, Coloniæ deductionem deſignantia, & ad eamdem ſpectantia.*
✻ TI. SEMPRONIUS GRACCUS IIII. VIR Q. D. Figura ſeminuda ſtans, dextra Temonem, ſiniſtra Cornucopiæ. *Patin. Fam. Sempron. num.* 5.
✻ TI. SEMPRONIUS GRACCUS III. VIR. Aquila, Signum militare, Aratrum, Decempeda. *Num. Arſcot. t.* 16. *num.* 15.
✻ Caput Aug. abſque Inſcriptione.
✻ CÆSAR DIVI F. Quadriga, ex qua erumpunt quatuor Equi. *Num. Arſcot. t.* 14. *num.* 1. 2.
✻ IMP. CAESAR DIVI F. Victoria inſtans Globo, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.
PONTIF. Caput Jovis Hammonis. *Pat. Fam. Jul. num.* 57.

. . . .

✻ CAESAR DIVI F.
- Victoria in Bigis. *Vaillant. t.* 2. *f.* 18.
- ✻ Victoria Globo inſtans, dextra Lauream. *P. Minii.*

✻ C. CAESAR IMP.
✻ S. C. Figura Equeſtris, Pacificatoris habitu. *Muſæi Muſcardi.*
Sueton. in Auguſto cap. 7. poſtea Cai. Cæſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit, alterum teſtamento majoris avunculi, alterum Munatii Planci ſententia, cum quibuſdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem Urbis prævaluiſſet, ut Auguſtus potius vocaretur.
C. CÆSAR. Caput Aug. abſque Laurea.
S. C. Auguſtus inſidens Equo Galeam pedibus conculcante. *Muſæi Illuſtriſſimi D. Jo: Antonii Daviæ Bononiæ.*
IMP. DIVI F. COS.
✻ PAX. Figura muliebris ſtans, quæ dextra Caduceum alatum tenet, pone Ciſta, ex qua manat Serpens, ad pedes Securis. *Ex Muſæo Ruzini J. C. Bon.*

Æ. CÆSAR DIVI F. IMP. DIVI JULI. Duo Capita Jul. & Aug. adverſa.
Navis Prætoria cum Obeliſco.
IMP. DIVI F. Capita Antonii, & Auguſti adverſa.
- Prora Navis.
- ✻ Prora Navis cum Sphœra, ſive Rota. *Ind. Cavotorta.*

CAESAR DIVI F. Caput Aug. cum quinque Spicis.
M. ANTONIUS IMP. Caput M. Antonii.
✻ DIVI F. Caput Aug. cum Stella.
✻ DIVUS JULIUS. In laurea *M. N.*
✻ IMP. CAESAR DIVI F. DIVI JULI. Capita adverſa Julii, & Aug. Palma media.
✻ COPIA. Navis Bellica cum Obeliſco, & Stella. *Triſtanus tom.* 1. *fol.* 84.

L.

✻ L. POL. MAEVI. Caput Aug. laur.
✻ Luna falcata, in cujus medio ſtella. *Seguin. f. 80. ubi eruditiſſimè illum interpretatur.*
✻ CÆSAR DIVI F. Caput Aug.
✻ DIVUS JULIUS in laurea. *Angellon. fol. 24. num. 2. 3.*

C. JULIUS DIVI F. CÆSAR IMP. COS. III. VIR R. P. C.

COSS. L. Munatius Plancus. M. Aimil. Lepidus II. — *A.U.C. 712. Ante Chriſtum 41.*

Brutus, & Caſſius in Campis Philippenſibus victi à Cæſare, & M. Antonio.

Aur. CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Galeatum.
S. C. Signa militaria.
C. MARIUS PROQ. III. VIR. Capita Aug. Ant., & Lepidi.
CÆSAR DIVI F. IMP. PONT. III. VIR R. P. C.
DIVUS JULIUS. Cometes.
SALUS GENERIS HUMANI { Tres figuræ togatæ, Tripodi aſſiſtentes.
{ Tres figuræ ſacrificantes, cum alia humi procumbente, dextra Cornucopiæ, Caduceum ſiniſtra tenente.
C. CÆSAR DIVI F. IMP. COS. III. VIR R. P. C.
SALUS GENERIS HUMANI. Tres dextræ junctæ cum Caduceo, Faſcibus, Securi, & Globo.
Coſ. Hirtio, & Panſa occiſis, C. Cæſar Octavianus, ante legitimam ætatem per vim adacto Senatu ſe cum PEDIO *hærede, Cæſaris ex quadrante, Coſ. fecit. Cæſar Lepidus, & M. Antonius III. Viri, R. P. C. fiunt: qui quaſi illudentes fœdiſſimæ ſervituti Civium, quorum cruore Orbem terrarum contaminare, & omnibus pericula exitii, atque interitus creare non dubitabant ad divulgandam conſenſionem ſuam, hunc ſignare Nummum publicum voluerunt.*
Conſulatum 22. Septembris, pridie Natalis ſui exeunte anno 20. ætatis, Auguſtus invaſit, admotis hoſtiliter ad Urbem legionibus. Sveton. Eundem adeò appetitum, ut bellum ejus adipiſcendi cauſa ſuſceperit, ultrò deponit. Dion. lib. 47.
CÆSAR IMP. PONT. III. VIR R. P. C.
Capeduncula, Aſpergillum, Guttus, Lituus.
C. CÆSAR. IMP. III. VIR. R. P. C. Caput Aug.
M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi.
Ar. CÆSAR IMP. III. VIR R. P. C. Caput Auguſti.
M. LEPIDUS PONT. MAX. III. VIR R. P. C. Caput Lepidi.
M. ANTONIUS IMP. III. VIR R. P. C. Caput M. Antonii.
ANT. IMP. AUG. III. VIR R. P. C. M. BARBAT. P. G. I. Caput M. Antonii.
P. VATINIUS P. F. PROCOS. Bigæ Aurigante Victoria. *Ad Triumphum P. Vatinii de Illyrico, quem his Coſs. duxiſſe, notant Faſti Capitolini.*
IMP. Caput Aug. Galeatum.
C. MARIUS C. F. PROQ. III. VIR. Duo Togati, Corona radiata.
✻ CÆSAR III. VIR. R. P. C. Caput Aug.
CÆSAR DIC. PER. Sella Curulis cum laurea. *Perpetuam C. Jul. Cæſ. dictaturam, innuit Nummus.*
✻ P. CLODIUS M. F. Martis ſimulacrum nudum, galeatum, dextra haſtam, ſiniſtra facem. *Patin. Fam. Claud. num.* 10.
✻ DIVUS JULIUS Cometes. *Num. Arſcot. tab. 9. num. 12.*
✻ CÆSAR III. VIR R. P. C. Caput Martis Galeatum.
✻ S. C. Aquila Legionaria, cui inſiſtit Trophæum, hinc, & inde duo Signa militaria. *Patin. Fam. Jul. num. 55.*
C. CÆSAR IMP. III VIR R. P. C. Caput Aug. Barbatum.
L. LIVINEJUS REGULUS. Victoria gradiens, dextra lauream, ſiniſtra Palmam ſuper humerum protenſam.
P. VATINIUS P. F. PROCOS. Quadrigæ Triumphales.
C. CÆSAR DIVI JULI F. AUGUR. PONT. III. VIR R. P. C.
DIVO JULIO EX S. C. Templum Divi Julii.
Qui Templum dicabat poſtem tenens, dare ſe dicebat Numini, quòd ab alio neceſſe fuerat jam teneri, & ab humano jure diſcedere. In ejuſmodi Templis ſemper ſacratus locus in medio erat Numini, cui dicatum erat, ejuſque ſimulacrum eo loco, nempe in medio collocabatur, alia ſimulacra, alio loco in Templo eodem poſita, ad ornatum tantùm pertinebant, hinc Virgil. de Auguſto ſentiens.

In medio mihi Cæſar erit, Templumque terebit.

cùm paulò ante dixiſſet: Et viridi in Campo, Templum de marmore ponam, *quod autem haud ita multò poſt inquit.* Tyrio conſpectus in Oſtro, *habitum Pontificis denotat, cujus ſe officium dicit, in Templi conſecratione ſumpturum; vide Servium in 3. Georg.*
C. CÆSAR III. VIR R. P. C. Caput Aug.
POPUL. JUSSU. Statua Equeſtris.
BALBUS PROPR. Clava Herculis.
Balbus hic Gadibus natus, tantum ſuæ ætatis homines, divitiis, & magnificentia ſuperavit, ut moriens P. R. in ſingula capita, denarios 25. legaverit. Dion.
CÆSAR DIC. Sella Curulis ornata.
✻ L. LIVINEJUS REGULUS. Victoria gradiens, dextra lauream, ſiniſtra Palmam. *Pat. Fam. Livineja num.* 8.
CÆSAR LEPI. ANTON. III. VIR R. P. C. Duæ dextræ junctæ cum Caduceo.
L. MUSSIDIUS LONGUS. CONCORDIA. Caput Concordiæ velatum. *Trivirorum Concordiam hoc nummo ſignare voluit Muſſidius IV. VIR A. P. F.*

CÆ-

CÆSAR IMP. PONT. III. VIR R. P. C. Caput Aug.
M. ANTONIUS IMP. AUGUR. III. VIR R. P. C. Caput M. Antonii.
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR R. P. C. L. GELL. Q. P. Caput M. Antonii cum Lituo.
M. ANT. IMP. AUG. III. VIR R. P. C. M. BARBAT. Q. P. Caput M. Antonii.
C. CÆSAR DIVI JULI F. AUGUR. PONT. III. VIR R. P. C.
Q. SEMPRONIUS GRACCUS Q. DESIG. Vexillum, Aquila, Aratrum, Decempeda.
Caput Aug. abſque inſcriptione.
CÆSAR DIVI F. IMP. PONT. III. VIR R. P. C. Aſpergillum, Securis, Albogalerus.
Ad Ceſaris Pontificatum, & Auguratum indicandum ſunt inſtrumenta Pontificalia.
* Caput Aug. abſque inſcriptione.
* C. VIBIUS VARUS. Figura mul. tunicata ſtans, dextra haſtam, ſiniſtra Victoriolam, pro pedibus Clypeus. *Vaillant. t. 2. f. 13.*
* C. CÆSAR DIC. PERPET. EX S. C. Duæ Sellæ Curules, ſupra quas laurea. *Num. Arſcot. t. 9. num. 6.*
* Figura equeſtris Pacificatoris habitu. *Num. Arſcot. t. 10. num. 19.*
Ær. * CÆSAR III VIR R. P. C. Caput Aug. Galeatum.
* S. C. Trophæum, Aquilæ ſuperimpoſitum legionariæ, hinc, inde duo ſigna militaria *M. N.*
* C. CÆSAR III. VIR R. P. C. Caput Aug.
Opidum olim Ilergetum, nunc Vicus Hiſpaniæ Tarraconenſis, apud Iberum fluvium, communiter XELSA dicitur, Moralis tamen, cui & Ant. Auguſtinus accinit, putat Celſam non fuiſſe ubi nunc eſt Xelſa, *ſed ubi aliud opidum* Vililla *dictum, à* Xelſa *leuca diſtantem. Antiquis Colonia Julia Victrix Celſa dicta eſt.*
AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur.
✳ L. BACIO. MU. FESTO. II. VIR. C. V. I. CEL. { In medio Nummo. *M. R. P. Cattanei.*
✳ { Bos. *ex Theſ. Medic. Reverendiſſimus Noris reſt.*
✳ L. BUCCO II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. *ex Theſ. Med. idem.*
✳ L. SURA. C. V. . . . BUCCO. II. VIR. C. V. I. CEL. Taurus. *M. N.*
✳ SEX. POMP. . . . . . AUSA C. VI. CEL. Circum Coronam querceam, in qua AED. *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris.*
✳ C. I. C. Inſignia cohortium. *Idem.*
AUGUSTUS. C. V. I. CELSA. Caput Aug. in laurea.
L. CORN. TERR. M. JUN. HISP. II. VIR. Taurus in medio, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris reſt.*
L. CORN. TERREN. M. JUN. . . . . . II. VIR. Taurus ut ſuperior.
O. POMP. SECUNDINO SEX. CETHEGO II. VIR. Taurus.
IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS COS. XII. Caput laur.
CN. DOMITI C. POMPEJO II. VIR. C. V. I. CEL. II. VIR. Taurus in medio, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris reſt.*
COL. V. I. CEL. Taurus. *ibidem.*
COL. V. I. CELSA II. VIR. Caput Auguſti.
✳ L. POMPE. BUS. L. CORN. FRONT. Taurus. *ex eodem Theſ. idem reſtit.*
✳ M EBUCCO L. CON. FRO. Taurus. *M. R. P. Cattanei.*
✳ M. EBUCCO L. CORNE. FRO. Bos. *ex Schedis D. Magnavacæ.*

Julia Leptis.

Duo ſunt in Africa Urbes Leptis nomine, Magnæ, & Parvæ cognominibus diſtinctæ: Hæc eſt Magna, quam & Antoninus in Itinerario Coloniam vocat, & Auguſtinus Dialogo 6. ex nummis monet dictam fuiſſe Coloniam Juliam Victricem Leptin, nunc Napoli di Barberia *vocari ex Sanuto ſcribit Ortelius, à Mercatore verò* Lebida, *apud Cinyphii Fluvii oſtia ſitam fuiſſe nos docet Ferrarius ex Jo. Leone.*
COL. VIC. JUL. LEP. Caput muliebre galeatum.
M. FUL. C. OTAC. P. R. QUINQ. Sacerdos agens jugum Bovum. *ex Theſ. Medic. Reverendiſſimus Noris reſt.*
✳ P. SALPA. M. FULUI. P. R. II. VIR. Bos cornupeta. *idem reſtit.*
P. R. II. VIR. C. V. I. L. Caput Muliebre galeatum.
✳ C. BALBO. C. PORTIO. Taurus. *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris, qui legit* Præfectus II. Vir. Col. Victricis Juliæ Leptis.
In nummis hujus Coloniæ nunquam Auguſtos nominari Eruditiſſimus idem P. Noris notavit.

Ju-

Digitized by Google

Julia Traducta.

Antiqua TINGIS ab eruditis huc uſque credita, Mauretaniæ Tingitanæ ad Fretum Herculeum Urbi, ſed re vera Colonia à Romanis in ora Bæticæ condita, & JOZA, ſeu TRADUCTA appellata, pluribus eruditiſſimè demonſtravit Reverendiſſimus Noris nunquam ſatis laudato opere Cœnotaph. Piſan. *Diſ. ſecunda omnino videnda, cum nobis brevitati ſtudentibus non licuerit omnia proferre.*

PERM. CÆS. AUG. Caput Aug.
⁎ JULIA TRAD. (In Corona quercea, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris reſt.*
⁎ (Albogalerus, & Simpulum. *M. R. P. Cattanei.*
⁎ COLONIA TR. Urceolus, Flagellum, & Lituus, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris.*
⁎ JUL. TRA. Capita Caji, & Lucii ſe reſpicientia, *ex Schedis D. Magnavacæ.*
PERM. AUG.
⁎ JULIA TRAD. In Corona quercea. *M. R. P. Cattanei.*

Julia Octavia.

Coloniæ Juliæ Octaviæ nullam apud Auctores mentionem invenio. Solus Plinius lib. 3. cap. 4. deſcribens Galliam Narbonenſem, meminit Coloniæ Octaviorum, his verbis. In Ora autem hac Athenopolis Maſſilienſium, Forum Julii Octavianorum Colonia, quæ Pacenſis appellatur, & Claſſica. *An verò ad hanc referendus ſit nummus (ut ego exiſtimo) eruditi Lectoris judicium eſto.*

IMP. AUGUST. TR. P. XIV. Caput Aug. laur.
COL. JUL. OCTAV. Sacerdos agens jugum Bovum.

Italica.

Controverſum eſt inter Neotericos Coſmographos, an ITALICÆ Municipium fuerit ubi nunc eſt Sevilla la Vieja, *an verò ubi* Alcala del Rio, *certum tamen verumque eſt Urbem fuiſſe Hiſpaniæ Bæticæ ad Bætim, Municipium à Scipione Africano conditum, cùm rebus in Hiſpania compoſitis de reditu in Italiam cogitaret, omnibus vulneratis in una Urbe collocatis, eaque ex ipſorum Patria* Italica *dicta; Poſtmodum Patria Trium Auguſtorum, & quidem inter maximos Trajani, Hadriani, & Theodoſii Senioris, Silii quoque Poëtæ natalibus illuſtris.*

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug.
ITALICA. Figura equeſtris decurrens cum Framea.
PERM. AUG. MUNIC. ITALIC.
⁎ GEN. POP. ROM. Figura ſtans, dextra Pateram, ad pedes Globum. *M. R. P. Cattanei.*
DIVI F. D. D. Caput Aug.
⁎ PERM. DIVI AUG. MUNICI. ITAL. Miles Armatus. *Theſ. Theupol.*

Nemauſum.

IMP. DIVI F. P. P. Duo Capita adverſa unum laureatum, aliud abſque laurea.
COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus.
IMP. DIVI F. Duo Capita ut ſuperiora.
⁎ COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus. *M. N.*
Caput Galeatum.
⁎ NEM. COL. (Dea ſtans arrectos paſcens Colubros. *Patin. Ind. f. 2.*
⁎ (Oleæ Rami, ſupra vas inverſum, in laurea. *Ibidem.*

Oſca.

Ilergetum in Tarraconenſi Hiſpania Urbs, celebris Sertorii morte, nunc Hueſca *Cluſio teſte dicitur, & Urbs Victrix Oſca in nummis ſignatur.*

URBS VICT. Caput Aug.
⁎ OSCA. Eques decurrens cum Framea. *Patin. Ind. f. 2.*
AUGUSTUS DIVI F.
⁎ M. QUINT. . . . . . ÆLIO. R. . . . V. V. OSCA. Figura equeſtris cum Framea. *M. R. P. Cattanei.*
AUGUSTUS PATER PATRIÆ.
⁎ V. V. OSCA. Figura equeſtris decurrens cum Framea. *R. P. Cattanei reſtituit.*
AUGUSTUS DIVI F. PONT. MAX. PATER PATRIÆ.
URB. VIC. OSCA. SPARSO, ET CELERE II. VIR. Equeſtris figura decurrens dextra Frameam.
COMPOSTO, ET MARULLO II. VIR. V. V. OSCA. Ut ſuperior.
. . . .
⁎ OSCA. Figura equeſtris decurrens cum Framea. *Num. Arſcot. tab. 7. num. 16.*

Colonia Patricia.

Plinius, & Inſcriptiones Hiſpaniæ docent nos Cordubam Hiſpaniæ Bæticæ opidum Coloniam Patriciam *dictam, antiquis, quæ nobis* Cordova. *Ad Bætim ſita eſt Senecæ Oratoris, & Lucani Poëtæ natalibus inſignis.*

PERMISSU CÆSARIS AUG. Caput Aug.
COLONIA PATRICIA. Duo ſigna militaria Aquila legionaria media.
PERM. CÆS. AUG. Caput Aug. abſque laurea.
COLONIA PATRICIA. (In Corona quercea.
⁎ (Simpulum cum Albogalero, *ex Theſ. Med. Reverendiſſ. Noris.*
⁎ (Lituus, Patera, Præfericulum, Aſpergillum. *P. Cattanei.*
⁎ (Simpulum, & Urceus. *Schedæ Sponianæ.*

Colonia Romulea.

Hiſpalis Turdetanorum Urbs in Hiſpania Bætica, ad Bætim fluvium, antiquis Colonia Romulea *dicta eſt, ſeu ut Plinius* Colonia Romulenſis, *nunc* Sevilla *dicitur.*

✱ PERM. DIVI AUG. COL. ROM. Caput Aug. cum Fulmine, *in aliis* laureatum, *ex Ind. Patin. f.* 5.
✱ JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liviæ Globo impoſitum. *P. Cattanei.*
✱ DRUSUS CÆSAR. GERMANICUS CÆSAR. Capita Druſi, & Germanici adverſa, *ejuſdem.*
✱ DRUSUS CÆSAR. NERO CÆSAR. Duo Capita adverſa, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris reſt.*

✱ IMP. DIVUS AUGUSTUS. Caput Aug. laur.
✱ JULIA AUG. GENET. ORB. PERM. D. AUG. COL. ROMULEA. Caput Liviæ inſiſtens Globo. *Theſ. Theupol.*

Segobriga.

Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi opidum, quod Inieſta *nunc dici putant Mariana, & Zurita, Vaſeus, Cluſius, & Tarapha* Sogorne, *Morales verò* Cabeça el Griego.

AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur.
SEGOBRIGA. Figura equeſtris decurrens cum Framea.

Tarraco.

Urbs in Hiſpania Citeriori, quæ ex ipſa Tarraconenſis appellatur, nunc Tarragona, *olim conventus Juridicus, & ingens Metropolis, hæc* Colonia Victrix, Julia, & Togata, Tarraco *Nummis deſcribitur.*

IMP. CÆS. AUG. TR. POT. PONT. MAX. Caput Aug. laur.
✱ TI. CÆSAR C. V. T. Caput Tiberii. *Patin. Ind. f.* 2.
CÆSAR AUGUSTUS. C. V. T. Caput Aug.
✱ C. L. . . . . . Capita Caji, & Lucii ſe reſpicientia. *Pat. Ind. f.* 4.
DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug.
✱ C. V. I. T. (Templum octo columnarum, cum epigraphe. ÆTERNITATIS AUGUSTÆ. *P. Cattanei.*
✱ (Ara, in qua Palma enata. *Patin. Theſ. ubi nummus illuſtratur.*
DEO AUGUSTO. Jupiter ſedens, dextra Victoriolam.
C. V. I. T. ÆTERNITATIS AUGUSTÆ. Templum, ut ſuperiùs.
Explicat hos nummos, Inſignis Taciti locus lib. primo Annalium in fine, ſic:
Templum ut in Colonia Tarraconenſi ſtrueretur Auguſto, petentibus Hiſpanis permiſſum, datumque in omnes Provincias exemplum.

Colonia Toletana.

Quæ, & Aug. Carpentanorum *dicta fuit, nunc* Toledo *Urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, ad Tagum fluvium circumfluentem.*

. . . .
✱ P. CARISIUS LEG. PROPR. COL. TOLET. Caput Turritum. *Oiſel. tab.* 31. *num.* 8.

Turiaſo.

Hiſpaniæ Tarraconenſis Urbs, Romanorum Municipium, inter Numantiam, & Iberum fluvium, Neotericis Tarrazona.

IMP. AUGUSTUS P. P. Caput Aug.
✱ MUN. In Corona quercea, ſub qua TURIASO, *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris reſt.*
TURIASO. Caput muliebre.
✱ M. CÆCIL. SEVERO. CLA. AQUILIO. TURIASO. Circum Coronam querceam, in qua II. VIR. *ex Theſ. Med. Reverendiſſimus Noris.*
IMP. AUGUSTUS PATER PATRIÆ.
✱ L. MARIO L. NOVIO. MUN. TURIASO. Circum Coronam querceam, in qua II. VIR, *ex eodem.*
DIVUS AUGUSTUS MUN. TUR. Caput Aug. Cor. radiata.
✱ TI. CÆSAR AUGUSTUS. Caput Tiberii. *Schedæ D. Magnavacæ.*

Valentia.

. . . .
✱ VALENTIA. (Duplex Cornucopiæ. *Num. Arſcot. tab.* 16. *num.* 12.
✱ (Duplex Cornucopiæ cum lituo militari. *Oiſel. tab.* 31. *num.* 6.

AUGUSTI UXORES.

SERVILIA.

Publii Servilii Iſaurici filia, nupſit Octaviano Adoleſcenti, verùm poſtquam M. Antonio reconciliatus eſt Octavianus, poſt primò natam inter eos ſimultatem, militibus utriuſque expoſtulantibus, neceſſitudine aliqua, amicitiam ſtabilire, corroborareque, repudiata fuit. *Svet. in Aug.*

CLAUDIA.

P. Claudii ex Fulvia filia, M. Antonii Privigna, hæc ob quandam diſſenſionem inter Fulviam, & Generum coortam, cùm virgo adhuc eſſet, fuit repudiata, *vide Martialem lib. XI.*

SCRIBONIA.

Claudia repudiata, Scriboniam uxorem duxit, quamvis nuptam antea duobus Conſularibus viris, & ex altero filium peperiſſet. Hæc poſtquam Juliam peperit Cæſari, repudiata fuit ab eo, ob morum perverſitatem planè intolerabilem.

JU-



LIVIA, QUÆ ET JULIA.

Livii Druſi Calidiani filia, hanc (Scriboniâ repudiatâ) à Tib. Claudio Nerone, apud quem tum uterum ferebat, poſtulavit Aug., ut eam ſibi uxorem concederet, quam prægnantem abduxit, dilexitque. *Suet.* Interrogantibus Matronis quibuſdam Romanis, qua arte ſibi ita benevolum Auguſtum reddidiſſet, modeſtia reſpondit, cùm omnia ex ejus voluntate efficiam; unde teſtamento Auguſti adoptata fuit in familiam Juliam, nomenque Auguſtæ, & novo exemplo, conjux fuit filia mariti, ſcilicet adoptione, eidem ob hoc adulabantur Romani, decreta Adoptioni Ara. *vide Tac. lib.* 1.

Hæc Auguſto venenatas porrexit ficus, ut cunctantem in ſene animam citiùs educeret. *Pompon. Lætus.* Superbia omnes priores fœminas longo intervallo poſt ſe reliquit, ipſaque ſe Tiberio Imperium dediſſe ferebat, ideoque non æquata modò poteſtate cum eo regere, ſed priorem ipſo gerere volebat. *Dion. lib.* 57. Cùm è Palatio exiret magna, & gravium, & doctorum virorum multitudo eam comitabantur. *Macrob. lib.* 2. *Satur.*

Obiit anno XV. poſt Auguſti deceſſum, cùm vixiſſet annis LXXXVI. laudata in Funere à Cajo Pronepote anno Tiberii XV. A. U. C. 782. *Duobus Geminis Coſſ.*

Ar. LIVIA AUGUSTA.
DIANA LUCIFERA.
Ær. DIVA LIVIA DIVI AUGUST.
CONSECRATIO S. C. Pavo.
Ut animas Impp. ab Aquilâ Jovis Alite in Cœlis delatas credidit Antiquitas, ſic Auguſtarum à Pavone Junonis Avi eo deductas aſſeruit: unde in nummis Pavo ſolus Conſecrationem Auguſtæ deſignat, etſi in aliquibus in Concordiæ ſymbolum reperiatur.
S. P. Q. R. JULIÆ AUGUSTÆ. Carpentum cum duabus Mulis.
Carpentum erat vehiculum, quo Circenſi Pompa Deorum tantùm, ac SemiDeorum (quorum animæ in Cœlis erant) Imagines à Mulabus trahebantur.
✳ TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXXIIII. S. C. *M. N.*
DIVÆ JULIÆ AUGUSTI FILIÆ. Caput Liviæ.
✳ DIVUS AUGUSTUS PATER. Caput Aug. *Spanhem. fol.* 607.
DIVA AUGUSTA. Caput Liviæ, *in alio* velatum, *in alio* abſque velo.
✳ DIVUS AUGUSTUS S. C. Caput Aug. Corona radiata. *Angellon. fol.* 39. *num.* 18. 19.
DIVA AUGUSTA. Figura ſedens dextra Spicas, ſiniſtra Facem, Capite laureato.
Cereris habitu Livia hic expreſſa, ut ex Spicis, & Face.
✳ DIVUS AUGUSTUS S. C. Caput Aug. radiatum. *M. N.*
AUGUSTA . . . . Caput Juliæ velatum.
Velum divinitatis indicium Auguſtarum capitibus appoſitum ad earundem Conſecrationem indic.
✳ . . . . Caput Auguſti. *Pat. Ind. fol.* 4.
AUGUSTA MATER PATRIÆ. Sedens.
✳ . . . . Caput Auguſti. *Schedæ Sponnianæ.*

COLONIARUM NUMMI.

Col. Cæſar Auguſt.

JULIA AUGUSTA C. C. A. Mulier ſedens dextra Pateram, ſiniſtra Haſtam.
✳ TI. CÆSAR DIVI AUGUSTI F. AUGUST. Caput Tiberii. *Ex Thes. Medicæo Reverendiſſimus Noris.*

Italica.

PERM. AUGUSTI ITALICA. Caput Liviæ.
✳ AUGUSTA. Figura ſedens, ut Veſta. *P. Cattanei.*

Col. Romulea.

JULIA AUGUSTA GENETRIX ORBIS. Caput Liviæ Globo impoſitum.
✳ PERM. DIVI AUG. COL. ROM. (Caput Aug. cum fulmine. *P. Cattanei.*
✳ (Caput Aug. laureatum. *Patin. Ind. fol.* 5.

Corinthi.

REGIANO II. VIR. Caput Juliæ.
✳ L. FURIO LABEONE II. VIRO CORINTHUS. Templum ſex Columnarum, in cujus Periſtylio GENETRIX. *Ex Theſ. Soderin. J. C. Bon.*

9 

MARCELLUS. M. MARCELLI, ET OCTAVIÆ AUG. SORORIS FILIUS, AUG. NEPOS.

M. Claudius Marcellus, generoſiſſimæ, lætiſſimæque indolis adoleſcens, & fortuoæ, in quam alebatur, capax, Ædilitate magnificentiſſimè geſta, cùm illi Juliam filiam Auguſtus deſponſaſſet, velletque potentiæ, & Imperii ſucceſſorem relinquere, morbo correptus deceſſit, non ſinè ſuſpicione Liviæ artibus mortis quæſitæ, ut filiis Imperii viam aperiret, anno ætatis 24. U. C. 731. Defunctum publicè laudavit Auguſtus, ingenti pompa in campo Martio ſepelivit, ejuſque nomine Theatrum dedicavit.

Ær. Caput Juvenile abſque laurea, & inſcriptione, ut creditur Marcelli.
⁎ P. LICINIUS STOLO III. VIR. A. A. A. F. F. S. C. *Spanhemius ſ. 641.*

10 

M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA.

Cæſar, poſt Ventidii Triumpbum, in Galliam bellico tumultu inquietam profecturus, M. Agrippam cum Imperio, & Exercitu in eandem præmittit. Agrippa Victor Aquitanos imperata facere cogit, & pacata Gallia, rebuſque proſperè geſtis Romanorum ſecundus Rhenum tranſmiſit. Inde bello Siculo cum Sex. Pompejo univerſæ claſſi à Cæſare præficitur, qui apud Mylas cum Demochare, & Papia Pompei Præfectis congreſſus, depreſſis triginta hoſtium Navibus, & in his ipſius Papiæ Prætoria, victor remanſit. Mylas, & Tyndarida, dejectis Pompejanis, occupavit. Tandem ultimo prœlio navali ad Naulochos fortiter & ſtrenuè depugnans Pompejum vicit depreſſis 28 navibus, cæteriſque omnibus, aut fractis, aut corruptis, hoſtem profligavit. Confecto bello Siculo, Cæſar, in quo præ cæteris fideli, & ſtrenua Agrippæ opera uſus fuerat, eundem novo, & in eum uſque diem inaudito bonoris genere, Roſtrata, eaque Aurea ob Victoriam Navalem Corona, & Vexillo Cæruleo donavit. Inde bello Actiaco ejus opera denuò uſus, Methone expugnata deprehenſum, ibidem Bogudem Mauritaniæ Regem occidit. Triumpho Actiaco Cæſarem comitatus, Corona roſtrata inſignis, Vexilloque Cæruleo, ob Navalem Victoriam à Cæſare donatus, inter cæteros Equo ſublimi vectus eminebat. Vir moderatus, & prudens, quantum rebus benè geſtis, & gloria belli excellebat, tantum honore, & modeſtia Cæſari ceſſiſſe, & illuſtri in ſuum Imperatorem fide, & apud Cives ſuos meritorum fama contentus fuiſſe traditur, Auguſto honeſtiſſima ſemper ſuaſit, & auctor penè reddendæ Reipublicæ fuiſſet, honoribus quoque ab illo collatis, non ad ſuos quæſtus, aut voluptates, ſed ad ipſius Auguſti, & Populi commoditates uſus eſt. Supremis ſuis annis conflictatus gravi pedum morbo cùm dolorem perperi nequiret, unius Medicorum portentoſa ſcientia, demerſis in calidum acetum cruribus, morbi quidem imperum evaſit, ſed pedum ſenſu poſtea caruit. Moritur ætatis anno L. aut aliì LI. In Campania anno U. C. 741., quem Auguſtus tam ſua, quàm Reipublicæ cauſa graviſſimè indoluit, funuſque Romam delatum, ac in Foro propoſitum laudavit, & cineres in ſuum Mauſolæum condidit. Unus omnium inter ſic genitos ſelix babitus, etſi ſelicitatem illam multis ærumnis interpellatam ſcribit *Plin. lib. 7.* vide *Paterculum*, *Senecam*, *Plin. Plutarchum*, *Svetonium*, *& Dionem*.

M. VIPSANIUS L. F. AGRIPPA COS. DESIGNATUS.

AUC. 716. Ante Chriſtum 37.

COSS. Claudius Pulcher. Norbanus Flaccus.

Au. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.
IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug. Juvenile.
M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.
DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Julii, & Auguſti ſe reſpicientia. *Patin. Theſ.*
Ar. M. AGRIPPA COS. DES. In medio Nummo.
IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug.
AGRIPPA COS. DES.
AUGUSTUS DIVI JULI.

M.

M. AGRIPPA COS. DESIG. In medio Nummo.
⁎ IMP. CÆSAR DIVI JULI F. Caput Aug. *M. N.*
⁎ DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Jul. Cæſ. & Aug. ſe reſpicientia. *Patin. Fam. Vipſ. n. 2.*
M. AGRIPPA. In Area Nummi.
⁎ DIVUS JULIUS. D. F. Capita adverſâ Jul. Cæſ. & Auguſti. *Ex Theſ. Mauroceno J. C. Bon.*
M. Agrippa Cæſareæ Claſſis Præfectus A. U. C. 718. Sextum Pompeium bis navali prælio vicit, ex quo IMP. II. dictus eſt, & Romam reverſus à Cæſare Corona Roſtrata aurea donatus eſt. Corona hæc figuris Roſtrorum navium compacta erat, etiam nunc in Nummis annis ſequentibus referendis conſpicitur.

M. AGRIPPA L. F. COS. IMP. III. PRÆF. CLASS. ET ORÆ MARIT. EX S. C.

COSS. C. Julius Cæſ. Octavianus III. M. Valerius Meſſalla Corvinus. — *A.U.C. 723. Ante Chriſtum 30.*

Bello Actiaco Præf. Claſſ. Cæſaris Leucada, Patras, & Coryntbum capit, & à Cæſare, ob Navalem Victoriam Cæruleo Vexillo donatur.

Au. M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ.
EX S. C. Neptunus ſiniſtra Delphinum, dextra Tridentem.
Ad indicandam Navalem de Siculis, & Sexto Pompejo Victoriam, ob quam Agrippa Roſtrata Corona donatus eſt, pertinet hic Nummus, unde Neptuni ſignum expreſſum, ex Dion. lib. 49. Plinius verò lib. 16. cap. 4. ſic ſcribit: Cedunt & Roſtratæ, quamvis in duobus maximè ad hoc ævi celebres M. Varrone è Piraticis bellis dante Pompejo M. Itemque M. Agrippa tribuente Cæſare à Siculis, quæ & ipſa Piratica fuere.
Ar. M. AGRIPPA L. F. PRÆF. ORÆ MARIT. ET CLASS. Caput Agrippæ Corona Roſtrata.
⁎ EX S. C. Neptunus nudus, dextra Tridentem, ſiniſtra Delphinum, proram Navis dextro pede proculcans. *Parut. Sicil. Antiq. inter Græc. & Rom. n. 55.*

M. AGRIPPA COS. II. DES. III. IMP. III.

COSS. C. Julius Cæſ. Octavianus VI. M. Agrippa II. — *A.U.C. 726. Ante Chriſtum 27.*

Au. M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TER. Siciliæ Triquetræ Typus.
DIVUS JULIUS. DIVI F. Capita Jul. & Aug. adverſa.
Ar. M. AGRIPPA L. F. COS. ITER. DES. TERT. Caput Agrippæ Corona roſtrata, ſub quo Triquetræ figura.
⁎ . . . . . . Caput Aug. *Oyſel. tab. 27. n. 12.*

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

COSS. Auguſtus VII. Agrippa III. — *A.U.C. 727. Ante Chriſtum 26.*

Aur. M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Roſtrata.
S. C. (Pantheon.
(Neptunus dextra Delphinum, ſiniſtra Tridentem.
Pantheon Templum, ideo fortaſſis dictum, quod in ſimulacris Martis, & Veneris, multas Deûm Imagines acciperet, vel (ut Dioni placet) quod forma convexa, dimidiati Cœli ſimilitudinem oſtenderet. Ab Agrippa hoc anno extrui cœptum, dicatum verò Auguſto IX. & M. Julio Sillano Coſſ. A. U. C. 729.
Ar. M. AGRIPPA PLATORINUS III. VIR. Agrippæ effigies.
CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. Imberbe.
Æ. M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ, *in aliis* laur.
S. C. Neptunus dextra Delphinum, ſiniſtra Tridentem.
⁎ IMP. T. VESP. AUG. REST. S. C. Neptunus ſtans, dextra Delphinum. *Pat. Fam. Vipſan. num. 5.*
⁎ IMP. T. AUG. REST. S. C. Eodem Typo. *Vaillant. tom. 1. f. 9.*
⁎ IMP. D. AUG. REST. S. C. Eodem Typo. *Patin. Fam. Vipſan. num. 6.*
⁎ S. C. Statua Virilis. *Num. Fæſch.*
⁎ M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Corona Roſtrata.
S. C. Templum octo Columnarum, in cujus medio figura ſedens. *Strada f. 16.*
. . . .
⁎ CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*

M. AGRIPPA COS. III. IMP. III.

COSS. Auguſtus XI. A. Terentius Varo Murena. — *A.U.C. 731. Ante Chriſtum 22.*

In Orientem mittitur adminiſtraturus pro Cæſare tranſmarinas Provincias.

Aur. M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Roſtrata.
AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug. laureatum.
Ar. M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Roſtrata.
AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug.
⁎ M. AGRIPPA COS. TER. COSSUS LENTULUS. Caput Agrippæ Corona Roſtrata, circum IMP. CÆS. TRAJAN. AUG. GER. DAC. P. P. REST. Duplicato Circulo.
⁎ AUGUSTUS COS. XI. Caput Aug. laur. *Vaillant. tom. 2. f. 25.*

M.

M. AGRIPPA COS. TER. IMP. III.

A. U. C. 713. Ante Chriſtum 20.

COSS. Q. Æmil. Lepid. M. Lollius.

Auguſti filiam Juliam Uxorem ducit, & Urbi præficitur.

M. AGRIPPA IMP. IV. COS. III.

A. U. C. 714. Ante Chriſtum 19.

COSS. M. Apulejus. Silvius Nerva.

Gallos tumultuantes cædit. Germanos reprimit, Cantabros penè delet, hinc Triumphus ei decretus, & Imp. IV. dictus.

Aur. M. AGRIPPA L. F. COSS. III. IMP. IV. Caput Agrippæ.
IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Caput Auguſti.

M. AGRIPPA IMP. IV. COSS. TR. P. AB AUGUSTO IN QUINQUENNIUM ACCIPIT.

A. U. C. 716. Ante Chriſtum 17.

COSS. Cor. Lentulus Marcel. C. Cor. Lentulus.

Ar. M. AGRIPPA TRIB. POT. COS. TER. Caput Agrippæ.
Hoc anno Agrippa TR. P. ab Imp. Auguſto in quinquennium accepit. Tacitus *lib. 3. Tribuniciam Poteſtatem ſummi Faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne Regis, aut Dictatoris nomen aſſumeret, tamen appellatione aliqua cætera Imperia præmineret. Deinde Agrippam Socium ejus Poteſtatis fecit, quo defuncto Tiberium Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret, ſic cohiberi pravas aliorum ſpes rebatur.*
CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. laur.
M. Agrippa in Orientem iterum mittitur, & ab Herode in Regnum ſuum invitatur A. U. C. 738. Boſphoranos, mortuo Rege Aſſandro tumultuantes vincit, Regnumque tradit Polemoni Regi, ex quo Triumphus ei decretus, quem recuſavit A. U. C. 740. TR. P. iterum in Quinquennium accipit, & in Pannoniam mittitur. A. U. C. 741. ipſo Quinquatruum die feſto, poſt ſcilicet V. Id. Martias mortuus eſt.

NUMMI AGRIPPÆ IN COLONIIS CUSI.

Cæſar-Auguſta.

Colonia Cæſar Auguſta, quæ nunc Zaragoça *Aragoniæ Caput ad Iberum fluvium ſita*, Immunis *à Plinio vocata, ædificata ubi aliàs erat opidum* Salduba.

M. AGRIPPA L. F. COS. III. Caput Agrippæ Corona Roſtrata.
SCIPIONE, ET MONTANO II. VIR. C. C. A. Colonus agens Jugum Bovum.

Corinthus.

Caput Agrippæ exeſis literis.
✳ . . . M. AGRIPPA II. VIR. COR. Pegaſus Alatus *J. C. Bidellii.*

Nemauſus.

Nemauſus Colonia in Gallia Braccata apud Arecomicos, quam hodie Niſmes *vocant, ſic dicta vel à Nemauſo Deo, vel ab Heraclide Nemauſo, ut* Stephano *placet.*

COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum duobus Corollis.
IMP. DIVI F. P. P. Capita adverſa Agrippæ, & Cæſaris.
✳ COL. NEM. Crocodilus Palmæ alligatus cum unica Corolla.
✳ IMP. DIVI F. Duo Capita adverſa Cæſaris, & Agrippæ. *Num. Feſch.*

Incerta.

✳ M. A. . . . . . Caput ut videtur M. Agrippæ.
✳ TI. TUS. . . . . . II. VIR. Coloniæ deductæ Typus. *M. R. P. Cattanei.*
✳ Caput M. Agrippæ ſinè Corona navali.
✳ HENNIO PRÆT. Trophæum cum clypeis. *Spanhemius f. 642.*

UXORES M. AGRIPPÆ.

POMPONIA.

T. Pomponii Attici Filia, quæ genuit Agrippinam, Uxorem Tib. Claudii Neronis.

MARCELLA.

Octaviæ majoris Auguſti ex Ancharia ſororis, & Caji Marcelli filia, deceſſit ſinè liberis.

JULIA.

Julia Auguſti ex Scribonia filia pulcra, & comis, primùm Marcello ſororis Aug. filio Sponſa, ut ille obiit M. Vipſanio Agrippæ ab Aug. data, ex eo tres filios Cajum, Lucium, & M. Agrippam poſthumum, duaſque filias Juliam, & Agrippinam genuit, Agrippaque mortuo, Ti. Claudio Privigno Aug. collocavit, omni dedecorum genere contaminata fuit, nihil enim quod facere, aut pati turpiter poſſet fœmina infectum reliquit, magnitudinem fortunæ ſuæ peccandi licentia metiens, unde abſente marito Ti., illam Aug. Pater in Inſulam Pandatariam relegavit, quo à Scribonia Matre comitata eſt, A. U. C. 748. Poſt quinquennium in Continentem tranſlata, ibidem inhumanitate Tiberii, rerum omnium inopia, & fame contabuit extincta eodem anno, quo Pater Auguſtus Fato ceſſit. *Dio, Tacitus, Suetonius.*
ΘΕΑΝ. ΑΦΡΟΔΙΤΗC. Caput Juliæ.
. . . . . BIAN HPAN. Caput Liviæ. *Spankemius f. 607.*

CA-

II



CAJUS.

Cajus Juliæ Aug. F., & M. Agrippæ filius Romæ naſcitur A.U.C. 714. Ab Auguſto Avo adoptatur, & Cæſar dicitur A.U.C. 717. Princeps Juventutis, & Coſ. Deſign. poſt quinquennium A.U.C. 748. ProConſulari Imperio ad bellum Arabibus, Armeniis, & Parthis inferendum mittitur A. U. C. 751. In Syria Coſ. procedit A. U. C. 754., ubi cum Rege Parthorum in Euphratis Inſula, utroque ſpectante Exercitu coit. Parthus prior apud Cajum in Romana Ripa, Cajus poſterior apud Regem in Ripa adverſa epulatus eſt. Armeniam, quæ ad Parthos defecerat facillimè ad officium retraxit, Regemque ei præfecit Ariobarzanem. Artageram rebellem obſidens ab Addone ſub ſpecie colloquii vulneratus in Syriam redit A. U. C. 756., inde Italiam petens, Lymiræ in Lycia moritur A. U. C. 757. Uxorem habuit Liviam Druſi filiam Germanici ſororem. Ejus acta in præclaro, nec unquam ſat commendato opere *Cænotaphiorum Piſanorum* latè laborioſèque proſequutus eſt *Reverendiſs.* P. *Henricus Noris Auguſtinianus* Sereniſſimi Regnantis COSiMI III. Magni Ducis Hetruriæ à Theologicis, & Publ. in Piſano Lycæo Sacræ Scripturæ Interpres, (poſtea S. R. E. Card.) cui me plurimùm debere libens meritò fateor.

CAJUS AGRIPPÆ, ET JUL. F. AB AUG. ADOPTATUR, ET C. JUL. AUG. F. CÆSAR DICITUR.

COSS. C. Furnius. C. Junius Sillanus. — *A.U.C. 737. Ante Chriſtum 16.*

Ær. C. CÆSAR. Caput nudum.
✳ JUL. TRA. Racemus Uvæ. *Eminentiſs. Noris Cænotaph. Piſan. f. 86. ubi* Juliæ Traductæ *Hiſpaniæ maritimæ Coloniæ originem, & ſitum eruditiſſimè, & latè proſequitur.*
C. CÆS. Caput Caji.
✳ JUL. TRA. Racemus, ut ſupra. *Ex Theſ. Medicæo Eminentiſs. Noris.*
C. L. CÆS. JUL. TRAD. Capita Caji, & Lucii oppoſitis cervicibus.
✳ PERM. CÆS. AUG. Caput Auguſti. *Rev. P. Cattanei.*
C. CÆSAR AUGUSTI F. Caput Caji.
✳ . . . . . JUL. TRA. Racemus Uvæ. *Patin. Suet. f. 115.*
C. L. CÆS. AUG. F. C. V. T. Capita Caji, & Lucii ſe reſpicientia. *Colonia Victrix Tarraco, Hiſpanica Colonia.*
✳ AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. *Patin. ibidem.*
C. L. . . . . Capita Caji, & Lucii adverſa.
✳ CÆSAR AUGUSTUS. C. V. T. Caput Aug. *Patin. Ind. f. 4.*
C. L. In medio duorum Capitum Caji, & Lucii ſe reſpicientium, *circa quæ* C. SERVILIO PRIMO . . . . . . CHO II. VIR.

✳ AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. *Patin. Suet. f. 115.*
C. L. In medio Capitum Caji, & Lucii ſe reſpicientium, *circa quæ* C SERVILIO PRIMO. ANTONIO . . . . CHO II. VIR.

✳ CÆSAR DIVI F. *Ex Indice Polatio.*
C. L. . . . . . . II. VIR M. Capita Caji, & Lucii ſe reſpicientia.
✳ . . . . *Eminentiſs. Noris Cænotaph. Piſan. fol. 104.*

CAJUS CÆS. PRIN. JUVENT. COS. DES. *Poſt Quinquennium.*

COSS. D. Lælius Balbus. C. Antiſtius Vetus. — *A.U.C. 748. Ante Chriſtum 5.*

CAJUS CÆS. PRIN. JUVENT. PONT. COS. DES.

COSS. Auguſtus XIII. M Plautius Silvanus. — *A.U.C. 752. Ante Chriſtum 1.*

Hoc anno L. Cæſar in Forum ab Aug. producitur Princ. Juvent. & Coſ. deſignatur poſt Quinquennium.

Aur. C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRIN. JUVENT. Duæ figuræ togatæ Clypeis aſſiſtentes cum Haſtis puris, Capeduncula, & Lituo.
CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.
C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DES. PRIN. JUVENT. Caji, & Lucii Capita adverſa.
CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.
C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRIN. JUVENT. Clypeus cum duabus Haſtis per tranſverſum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.
L. CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRIN. JUVENT. Tripus, cum Stella, Lituo, Patera.
Ar. C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Duæ figuræ togatæ Clypeis aſſiſtentes, cum Haſtis puris, Lituo, & Capeduncula.

CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug. laur.
C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. JUVENT. Clypeus, cum duabus Haſtis, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.
L. CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT. Tripus, cum Stella, hinc Lituus, inde Patera.

Ær. CAJO, ET LUCIO CÆS. PRINCIPI JUVENT. Capita Caji, & Lucii ſe reſpicientia.
⁎ CÆSAR AUGUSTUS. Caput Auguſt. *Strada f.* 18.
C. L. CÆSARES AUGUSTI F. COS. DESIG. PRINC. JUVENT. Capita Caji, & Lucii adverſa.
⁎ CÆSAR AUGUSTUS. Caput Aug. laureatum. *Vaillant; tom.* 1. *f.* 7.

CAJUS CÆS. PONT. COS. PRINC. JUVENT.

A.U.C. 754. *Chriſti* 1.

COSS. C. Julius Aug. F. Cæſar. L. Æmilius Paullus.

Bellum gerens cum Parthis, in Syria Conſulatum init Cajus Cæſ. Aug. F.

Ar. C. CÆSAR AUGUSTI F. Figura equeſtris decurrens, dextra Sertum, ſiniſtra Haſtam, à tergo duo ſigna militaria, in quorum medio Aquila legionaria.
⁎ AUGUSTUS DIVI F. Caput Aug. laur. *M. N.*

Ær. C. CÆSAR PONT. COS. Caput Caji ſinè laurea.
⁎ AUGUST. PONT. MAX. Caput Aug. laureatum. *Vaillant. tom.* 1. *f.* 6.
⁎ AUGUSTUS PONT. MAX. Caput Aug. *Patin. Ind. f.* 4.
⁎ . . . . . Cajus, & Lucius paludati ſtantes inter Ancilia.
⁎ COL. B. A. Taurus Cornupeta. *Theſ. Theupol.*
C. CÆSAR AUG. . . . *Fortè* F. COS. S. C. Caput Caji.
⁎ . . . . Caput Aug. laur. *Muſæi Coſpiani.*

12



LUCIUS CÆSAR.

M. Agrippa, & Julia Aug. F. genitus Lucius A. U. C. 737. quo ab Aug. Avo cum fratre Cajo eſt adoptatus, dictuſque L. JUL. AUG. F. CÆSAR. A. U. C. 752. COS. DESIG. Poſt quinquennium, & Princeps Juventutis ab Avo in Forum producitur. A. U. C. 755. ad Hiſpanicos Exercitus tranſiens Maſſiliæ moritur. Ejus integram Hiſtoriam cum fructu, & voluptate leges in præclaro opere *Cœnotaph. Piſan. Eminentiſſ. Noris.*

L. JULIUS AUG. F. CÆSAR AB AVO ADOPTATUS.

A.U.C. 737. *Ante Chriſtum* 16.

COSS. C. Furnius. C. Junius Sillanus.

Ær. L. CÆS. Caput L. Cæſaris nudum.
⁎ JUL. TRAD. Spica. *Cœnotaph. Piſan. fol.* 92. *ex P. Cattaneo.*
L. CÆS. F. Caput Lucii.
⁎ JUL. TRA. Racemus Uvæ, ut in ſuperiori Caji, *ex Theſ. Mediceo Eminentiſſ. Noris.*
. . . . Caput abſque Inſcriptione L. creditum.
⁎ C. ÆLIA. Spica. *P. Cattanei.*

LUCIUS CÆS. COS. DES. PRINC. JUVENT.

A.U.C. 752. *Ante Chriſtum* 1.

COSS. Auguſtus XIII. M. Plautius Silvanus.

Aur. & Ar. L. CÆSAR AUGUSTI F. COS. DES. PRINC. JUVENT. Tripus, cum Stella, Lituo, & Patera.
Ar. C. CÆSAR AUGUSTI F. PONT. COS. DES. PRINC. JUVENT. Clypeus cum duabus Haſtis per tranſverſum, hinc Capeduncula, illinc Culter Sacrificii.

Ær. L. CÆSAR PRINC. JVUENT. Caput L. Cæſ. ſinè Corona.
⁎ AUGUSTUS TRIB. POT PONT. MAX. Caput Aug. laur. *Vaillant. tom.* 1. *f.* 7.
L. AUG. F. PRINC. JUVENT. Caput L. Cæſ.
⁎ AUGUST. TRIBUNIC. POT. Caput Aug. *Cœnotaph. Piſan. f.* 164.

NERO

13



13

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS.

Nero Claudius filius Tiberii Claudii Neronis Quæſtoris C. Julii Cæſ. Dict., & Liviæ Druſillæ Auguſtæ Imp. Auguſti Conjugis, quam marito Auguſtus abduxerat, frater Tiberii Claudii Neronis Imp., non minùs glorioſi, quàm civilis animi, intra Penates Cæſaris Auguſti natus menſe tertio, poſteaquam inter Auguſtum, & Liviam matrem celebratæ ſunt Nuptiæ. Adoleſcens multis, magniſque virtutibus enituit. Ingenium illius, ut ſcribit *Paterculus*, utrum bellicis magis operibus, an civilibus ſuffecerit artibus in incerto eſt. Morum certè dulcedo, ac ſuavitas, ac adversùs amicos æqua, ac par ſui exiſtimatio inimitabilis ei fuiſſe traditur, tum pulchritudo corporis proxima fraternæ. Accepta Quæſtura cum fratre Tiberio contra Rhætos miſſus eſt; quo in bello, qua fortitudine res geſſerit, ſatis indicat *Horatius l. 4.* Carm., nunc *Aquilæ* illum, nunc *Leoni* comparans. *Videre Rhæti bella ſub Alpibus Druſum gerentem, & Vindelici diu latèque victrices Catervæ, conſiliis Juvenis revictæ*. Poſt bellum Vindelicum profectus in Gallias Cenſum egit, tumultuantes ob eam rem pleraſque Civitates compeſcuit *Livio teſte*. Germanos, qui Rhenum tranſierant, cecidit, quin & ipſe trajecto flumine ad Batavorum Inſulam Sicambros in ſuis ſedibus afflixit. In Amaſia, ut Auctor eſt *Strabo lib. 7.* Bructeros navali prœlio ſuperavit. Oceanum ſeptentrionalem primus Romanorum Ducum ingreſſus Friſios in deditionem accepit, Coriis aliquot Bovum, Tributi nomine impoſitis, ut memorat *Tacitus lib. 4.* in Terram tamen Chaucorum delatus, non leve periculum adiit, Navibus refluente mari in ſicco deſtitutis, ſed ope Pedeſtris Exercitus Friſiorum ſervatus evaſit, *Auctor Dion.* In Urbem reverſus Prætor Urbanus fit (*Paullo Fab. Maximo, Q. Ælio Tuberone Coſs.*)

Primo Vere repetita Germania, Uſipetes, Tenchteros, Sicambros, Cattos, aliaſque trans Rhenum gentes ſubegit. Volenti tranſire Viſurgim, cum penuria commeatus, cùm inſtans hyems obſiſtit, etiam examen Apum in Caſtris conſpectum Militum animos, quo minùs Ducem ſuum ſequerentur, avertit. In reditu ad Confluentem Lupiæ, & Halizonis Caſtellum erexit, ac item aliud in Cattis juxta Rhenum, trans Rhenum verò foſſas novi, & immenſi operis effecit, quæ nunc adhuc *Druſinæ* vocantur, *Suetonio in Claudio teſte*. Ob eas res decretis Triumphalibus ornamentis ovans Urbem ingreſſus eſt. Datum etiam, ut denuo iturus in hoſtem ProConſularem Poteſtatem obtineret. Nam Imperatoris nomen jam exercitus tribuerat, quemadmodum, & Fratri, ſed appellationis ejus numerum Auguſtus aliquoties auxit.

Prætura geſta, deſignatus eſt Conſul; Ut Magiſtratum iniit A.U.C. 745. cum *T. Quinctio Criſpino* multa triſtia ſigna conſpecta ſunt; quibus ille contemptis in Germaniam rediit, gentes Trans-Rhenanas, Cattos, Cheruſcos, Svevos, & Marcomannos perculit, ad Albim uſque omnia longèque populatus. Cupienti Flumen trajicere, mulier occurrens, amplior humana ſpecie, *quò*, inquit, *ita feſtinas inſatiabilis Druſe? non omnia tibi adire, & videre conceſſum eſt: ſed cede retro, nam & operum tibi, & vitæ finis adeſt*. Ille exhortens poſitis Trophæis, confeſtim, & properanter diſcedere cœpit, & cùm contra Germanos feliciſſimè pugnaret, dum Victoriæ inſignia opima Germanorum ſpolia Urbi inferre cuperet, in itinere, priuſquam Romam rediret, latere concuſſo, cùm Equus ſuper eum cecidiſſet, ut ait *Livius*, extinctus eſt. Anno ætatis 30. U. C. 745. quamvis morbo concidiſſe aſſerat *Sueton.*, alii veneno arbitrantur. Ei Senatus inter alia complura marmoreum arcum cum Trophæis Via Appia decrevit, & GERMANICI cognomen ipſi, Poſteriſque ejus, ut Auctor eſt *Suetonius*. Putant quidam circa Moguntiam obiiſſe, propter honorarium Tumulum ibidem à Militibus congeſtum (circa quem deinceps ſtatuto die quotannis Miles decurreret, Galliarumque Civitates publicè ſacrificarent) eum Druſi Monumentum fuiſſe literatiores teſtantur. Promiſcuum vulgus, hodie etiamnum Glandis lapidem à figura, quam nunc quoque refert, appellat, olim Pyramidalem obtinuiſſe complures opinatos ſcribit *Joan. Huttichius* in Collectaneis antiquitatum Urbis, & Agri Moguntini, & *P. Appianus* in Antiquitatibus ſuis. Corpus ejus à Tiberio fratre (qui nuncio valetudinis evocatus raptim occurrerat) Romam relatum, cingentibus lectum Claudiorum, & Juliorum Imaginibus in Campo Martio crematum eſt, cineres Auguſti tumulo illati. Extat elegans Elegeja Pedonis Albinovani de morte Druſi ad Liviam. Inter Salam, & Rhenum occubuiſſe teſtantur *Vellejus*, & *Strabo* l. 7. alii apud *Ardua Biſiga*.

Mœnia quæ Druſo fata tulere Duci
Ille lapſus Equo, cùm crus fregiſſet, in armis
Filius occubuit, Livia Pulcra, tuus.

NERO CLAUDIUS DRUSUS IMP. COS. TI. CL. NERONIS, ET LIVIÆ FILIUS.

COSS. Nero Claudius Druſus Germ. T. Quinctius Criſpinus Sulpicianus. *A.U.C. 745. Ante Chriſtum 8.*

Plures Germanos vicit, & mortuus, inter alios funeris honores GERMANICUS dictus eſt.

Aur. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP.
RHENUS. Typus Rheni Fluvii expreſſus.
* DE GERM. Arcus Triumphalis, ſupra quem Figura Equeſtris, in medio duorum Trophæorum. *Patin. Theſ.*

Ar. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP.
RHENUS. Typus Rheni Fluvii.
DE GERMANIS. Labarum cum Clypeis, ſeu ſpoliis Germanicis.
DE GERM. Arcus Triumphalis, cum duobus Trophæis, & figura Equeſtri decurrente.
* DE GERMANIS. Arcus Triumphalis, ſupra quem figura dextra elata Pacificatoris habitu inter duo Trophæa. *Num. Arſcot. T. 57. n. 19.*

Tro-

Trophæa erigebantur hoſte fugato (quemadmodum illo victo Triumphus agebatur) quæ quidem, vel in tumulo, vel colle, & locis eminentioribus ſtruebantur, unde & in Urbibus in Arcubus ob id ipſum ædificatis collocabantur, & in his hoſtium arma, ſpolia, tela perfracta apponebantur.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS. COS. IMP.

Ær. NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. Caput Druſi.

TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. POT. IMP. S. C. Figura ſedens, dextra Ramum Lauri, ſiniſtra Sceptrum, ad pedes plura armorum genera.

* RHENUS. Fluvius decumbens prope Montem, dextra Arundinem, ſiniſtra Urnam, ex qua Aquas effundit. *Triſtan. f.* 145.

* S. C. Spei Typus. *Pat. Suet. f.* 180.

* IMP. CÆS. TI. DIVI VESP. F. AUG. P. TR. P.P.P. COS. VII. REST. S.C. In medio Nummo. *Ibid.*

* T. DIVI VESP. F. AUG. P. M. TR. P. COS. VIII. REST. S. C. Arcus cum ſpoliis Germanicis, figura Equeſtri, & duobus Trophæis, in Periſtylio DE GERM. *Pat. ibid.*

* CÆSAR AUG. F. DOMITIAN. COS. V. REST. S. C. DE GERM. In Periſtylio Arcus, ut ſuperiùs, *Ibidem*.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERM. IMP. S.C. Arcus Triumphalis, cum figura Equeſtri, hinc inde Trophæum.

TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Caput Claudii.

. . . .

* IMP. T. CÆS. VESP. F. AUG. P. M. TR. P.P.P. COS. VIII. RESTIT. S. C. *Spanhem. f.* 644.

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. Caput Druſi Neronis.

* TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura inſidens ſpoliis, ut in aliis. *Ind. Cavotorta.*

NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS IMP. S.C. Arcus, in cujus ſummitate ſpolia Germaoorum, in medio Druſus Eques, in cornubus ſingulis, ſingula Trophæa.

* TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. Caput Claudii ſine Corona. *Ibidem.*

Druſi Germ. Nummi, quibus Ti. Cl. Imp. nomen, aut effigies ineſt, à Ti. Claudio filio in honorem Patris Neronis Cl. Druſi Germanici cuſa ſunt, poſt adeptum ab eodem Ti. Claudio Imperium, ad renovandam Actorum, & Victoriarum paternarum memoriam.

Nummi verò reſtituti à Ti. & Dom. eorundem in Neronem Druſum amorem, & obſequium teſtantur.

14 

14

ANTONIA DRUSI GERM.

Antooia M. Antonii III. Viri, & Octaviæ Majoris ſororis Auguſti filia, uxor Druſi, fœmina honeſtiſſima, & continentiſſima, ob temperantiam, caſtitatem, fidem, amorem in virum, charitatem in nepotes, humanitatem in amicos, maximam laudem meruit, abſtemia fuit, nunquam ſpuit. Mortuo marito nulli ampliùs nubere voluit, ſed cum Socru Livia dormire conſuevit, eodemque lecto fruens vidua conſenuit, ſuper quo Druſus Juvenis interierat: tandem veneno à Cajo Nepote necatam aſſerunt; alii mœrore confectam ſcribunt, cùm ſe deſertam ab illo, contemptamque videret.

Aur. ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ.

SACERDOS DIVI AUGUSTI. (Figura muliebris, dextra Haſtam, ſiniſtra Cornucopiæ.
(Duæ Faces, cum Corollis, quæ Aug. Divinitatem deſignant.

Videntur hi Nummi à Cajo in honorem Aviæ percuſſi, nam in Aviam Antoniam multa pietate uſus eſt, hanc Auguſtam ſtatim, & Sacerdotem Divo Aug. fecit, omneſque Veſtalium honores eidem tribuit, quod teſtantur Faces æterni Ignis à Veſtalibus ſervatæ, & in Nummo cuſæ, ni fortè eas referre velis ad morem Romanarum Matronarum, quæ ſacrificaturæ, faculas circa Aram ferre ſolebant, ut teſtatur Servius ad illud 4. Æneid. Virgil. Intenditque locum ſertis, *quod ſpectat ad ſerta, quibus faces hæ ornantur.*

* CONSTANTIÆ AUGUSTI. Figura muliebris, dextra Facem oblongam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 148.

* CONSTANTIÆ AUGUS. Figura muliebris Sellæ inſidens, dextram elevans. *Vaillant. t. 2. f.* 28.

Conſtantiæ verò ſymbolo cuſa Aur., & Arg., ut & Ærea cum Ti. Cl. Imp. nomine, ab eodem in Matris honorem ſignata exiſtimo, cùm & peculiare Ti. Cl. ſymbolum ſit illud Conſtantiæ, & nomen ejuſdem in Æreis ſculptum, teſtis hic omni exceptione major.

Ar. ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ.

* SACERDOS DIVI AUGUSTI. (Duæ Faces erectæ, cum Corollis.
* (Lectiſternium. *P. Cattanes.*

* CONSTANTIÆ AUGUSTI. Figura muliebris dextra Facem oblongam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Pat. Suet. f.* 148

* CONSTANTIÆ AUGUST. Figura muliebris Sellæ inſidens, dextram elevans. *Vaillant. Tom. 2. f.* 28.

Ær. ANTONIA AUGUSTA. Caput Antoniæ.

TI. CLAUDIUS CÆSAR AUG. P. M. TR. P. IMP. P. P. S. C. Figura velata ſtans, dextra Simpulum:

* TI. CLAU. CÆ. AUG. P. M. TR. P. In Laurea. *Vaillant. Tom. 2. f.* 23.

TI-

15



TIBERIUS.

Tiberio genus utrumque ex Claudiorum Gente Patritia fuit. Is Romæ naſcitur (1) *M. Æmilio II. & L. Munatio Planco Coſs.* Patre Tiberio Claudio Nerone, Matre Livia Druſilla Auguſta anno Orbis 3923. U. C. 711. ante Chriſtum 42. Patritio, ut dictum, genere natus, liberaliterque educatus, ingenii tamen peculiaris, & ſubdoli fuit, mores privati quales fuerint ſignificanter oſtendit deſcriptio Theodori Præceptoris, cum nominavit eum *lutum ſanguine maceratum*. Fuit enim ei natura inſuavis, ironica, & ſævitiem aliquantiſper occultans, impura tamen, ſæva, & lupina; Quandiu verò ſub Auguſto in Imperiis egit, egregii nominis, famæque fuit. Præter Quæſturam, quam anno ætatis XXI. capeſſens, obivit, Coſs. duos geſſit, accepta etiam Tribunicia Poteſtate in Quinquennium; Interea Regnum Armeniæ Tigrani reſtituit: Signa, quæ Craſſo ademerant Parthi, recepit. Bella maxima tria geſſit, Rhæticum, Pannonicum, & Germanicum; De quibus, & Ovationem, & Triumphum retulit: Primus quoque Triumphalibus ornamentis honoratus. Imperium ætatis anno LVI. ſenex, & cæcutiens ingreſſus eſt. Uxorem duxit Juliam Auguſti filiam. Druſum fratrem amiſit in Germania: Ipſum poſt C. ac L. mortem Auguſtus adoptavit. Inter Principatus initia moderatè ſe geſſit, ſprevit adulationes, titulum Auguſti, ac Patris Patriæ nomen recuſavit, & Præſidibus onerandas Tributo Provincias ſuadentibus reſcripſit: *Boni Paſtoris eſt tondere pecus, non abradere*. Adverſus quorundam famoſos libellos, & convitia ultionem expoſcentibus amicis, *In libera Civitate liberas eſſe linguas debere* reſpondit. Sæpe etiam illud uſurpavit, *oderint, dum probent*. Idem precari ſolitus eſt tantum ſibi vitæ, & Imperii tempus, quantum Reipublicæ conduceret; poſtea crudelior factus, violati Numinis poſtulari juſſit, qui contra ipſum, aut Matrem, quicquam egiſſent, locutive eſſent incommodiùs.

Ob libidines, quibus promiſcuè in Nobiliſſimos utriuſque ſexus effuſus erat malè audiebat. Moritur Miſeni in Villa Lucullana LXXVIII. anno nondum expleto, U.C. (2) 789. XVII Kal. Aprilis. Imperavit annis XXII., & menſibus fere VII. Publico funere elatus eſt, habita Oratione in laudem ipſius à Cajo, à quo tamen immiſſo repentè Tribuno Militum fuerat occiſus.

Vicies ſepties millies ſeſtertium coegiſſe Tiberius dicitur, ideſt ſexaginta ſex milliones, & quinquaginta millia aureorum Coronatorum, quæ omnia Cajus non toto triennio abſumpſit.

Refert *Diodorus Siculus* Tiberii tempore 7000. hominum in Ægypto fuiſſe interfecta, qui erant pro Præſidio in quadam Civitate, eo quod unus ex Militibus Romanis interfeciſſet Felem Deum Ægyptium, unde tota Civitas ſeditionem movit, & tot hominum millia fudit. Non temerè mutandos eſſe publicorum munerum adminiſtratores voluit Tiberius. Vide *Nicephorum fol. 66.*

Anno Tiberii 16. U.C. 783. JESUS CHRISTUS Filius DEI, & hominis incipiens eſſe annorum quaſi XXX. hoc eſt anno 29. & 13. die ætatis ſuæ in Jordane à Sancto Joanne Baptiſta Baptizatur, Diſcipulos primùm congregare, poſt prædicare cœpit ad ſalutem omnium Credentium. Quadriennio poſt U. C. 787. Chriſti 34. Tiberii 19., & menſibus tribus exactis, ante diem VIII. Kal. April. pro humana ſalute Cruci affixus eſt, & tertia die poſt, vivus apparuit, Olympiadis 202. anno quarto, aut Olymp. 203. anno ſecundo, ut alii.

TI. CLAUDIUS TI. F. NERO COS. II. IMP. II.

COSS. Ti. Claudius Nero II. (3) *Cn. Calpurnius Piſo.*

Triumphat de Germanis. *A.U.C. 747. Ante Chriſtum 6.*

Aur. TI. CLAUD. T. F. NERO COS. ITER. IMP. ITER.
IMP. CÆSAR AUGUSTUS. Bigæ Triumphales.

Ær. Caput Tiberii abſque Inſcriptione.
* TIBERIN. . . . . . F. Lupa Romulum, & Remum lactans. *Triſtan. tom. 1. f. 161.*
Tiberius TR. P. in Quinquennium accepta, ad res Orientis componendas miſſus, Rhodi ſubſtitit, vixitque inglorius, ac veluti privatus, ab A.U.C. (4) *748. quo diſceſſit, ad annum U. C. 752. quo Romam reverſus eſt, ut ex* Vellejo *diſcimus.*

TIBERIUS CLAUDIUS NERO AB AUGUSTO ADOPTATUS TR. P. IN DECENNIUM ITERUM ACCIPIT A. D. V. KAL. JULII COS. II. IMP. III.

COSS. Sex. Ælius Catus. C. Sentius Saturninus.

Aur. TI. CÆSAR AUGUSTI F. COS. II. TR. P. VI. *A.U.C. 757. Chriſti 4.*
AUGUR. PONT. IMP. III. Lituus, Guttus, Capeduncula.

Ar. . . . .
* TI. CÆSAR. Quadriga Triumphalis, in qua Imp. dextra habenas, ſiniſtra Scuticam. P. *Minii.*
TI. CÆSAR AUG. F. TR. P. Quadriga, in qua Imperator.
CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Capur Aug. *Theſ. Theupol.*

Q Ca-

(1) Hos Coſs. ſub Anno 712. U. C. & Mundi 3924. poſuit Autor noſter, ſecundùm igitur ejus Chronologiam ad hunc Annum referenda Ti. nativitas. (2) Ti. mors ad annum 790 notatur in Chronolog. ut legenti patebit. (3) Cn. Calpurn. Piſo II. &c. (4) Secundùm Autoris Chronolog. A. U. C. 749. Ti. Roma diſceſſit, & 755. revertitur.

Æ. Caput Tiberii Imberbe.
✻ TIBERIUS CÆSAR. Elephas. *M. N.*
TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERATOR.
✻ Templum decem Columnarum, in cujus medio Figura ſedet, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam, in Vertice Templi plures Figuræ. *Strada f. 23.*
TI. CÆSAR AUGUSTI F. AUGUST. Caput Tiberii.
✻ . . . . MERULA L. VAL. FLAC. ÆD. Caput Tauri. *Pat. Fam. Cornel. num. 46.*
. . . .
✻ PERMISSU CÆSARIS TIBERII. Aquila cum ſignis legionum. *Spanhem. f. 555.*
TI. CÆSAR. AUGUSTI F. IMPERATOR. Caput Tiberii.
✻ S. P. Q. R. In Periſtylio Templi pluribus Columnis, & Statuis ornati, in cujus medio Idólum ſedens, dextra elata, ſiniſtra Haſtam. *Patin. Theſaur.*

TIBERIUS TR. P. VI. VII. COS. II. IMP. III.

A.U.C.757. Chriſti 5. *COSS. L. Valerius Meſſalla Voluſus. C. Cornelius Cinna Magnus.*

Plures vincit populos in Germania.

Aur. TI. CÆSAR. AUG. F. PON. COS. II. TR. POT. VII. IMP. III. Caput Tiberii.
GERMANICUS CÆSAR TI. F. AUG. N. COS. DES. Caput Germanici.

TI. CÆSAR TR. P. VII. VIII. COS. II. IMP. IIII.

A.U.C.759. Chriſti 6. *COSS. M. Æmil. Lepidus.* (1) *L. Aruntius Nepos.*

Batonem, & Merobaudem vincit, cum reliqua Germania, ideo Imp. IV.

Æ. TI. CÆSAR. AUGUSTI F. IMPERATOR IV.
PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE VIII. S. C.

TIBERIUS IMP. IV. COS. II. TR. P. VIII. IX.

A.U.C.760. Chriſti 7. (2) *COSS. Licinius Nerva. Licinius Metellus.*

Æ. TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERATOR IV.
PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE IX. S. C.

TIBERIUS IMP. V. COS. II. TR. P. IX. X.

A.U.C.761. Chriſti 8. *COSS. M. Furius Camillus. Sex. Nonius Quinctilianus.*

Dalmatas ferro, & igne domat Tiberius.

Æ. TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERAT. V.
PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE X. S. P. Q. R. Templum.
✻ CERES. Figura muliebris ſedens, dextra Spicas. *Vaillant. tom. 1. f. 8.*
TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERAT. V.
✻ ROM. ET AUG. Templum cum duabus Victoriolis inſtantibus Columnis angularibus cum Palmis, & Corollis in ejus proſpectu. *Muſæi Coſpiani.*

TIBERIUS IMP. V. COS. II. TR. P. X. XI.

A.U.C.762. Chriſti 9. *COSS.* (3) *Poppæus Sabinus. Q. Sulpitius Camerinus.*

Clades Variana in Germania.

Æ. TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERATOR V.
PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE XI. ROM. ET AUG. Duæ Victoriæ, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam tenentes, ſupraſtantes Columnis Ædificii cujuſdam.

TIBERIUS IMPERATOR V. COS. II. TR. P. XI. XII.

A.U.C.763. Chriſti 10. *COSS. P. Cornelius Dolabella. C. Junius Silanus.*

Ti. in Germaniam mittitur, illam vaſtat, Arminium reprimit.

Æ. TI. CÆSAR AUG. F. IMP. V.
PONTIFEX TRIBUN. POTEST. XII. S. C.
TI. CÆSAR AUG. F. AUGUR. PON. TR. P. XII.
✻ COS. II. IMP. V. *Goltzii Theſaurus 23.*
TI. CÆSAR AUGUST. F. IMPERAT. V. Caput Tiberii, *in alio* AUGUSTI. *Patin. Theſaur.*
✻ PONTIFEX TRIBUN. POTESTATE XII. S. C. *M. N.*
✻ ROM. ET AUG. Templum, ut in aliis.
Omnium Tib. Nummorum ex Ære Magno pulcherrimus Nummus R. P. Cattanei.
TI. CÆSAR AUGUST. F. IMPERAT.
✻ PONTIFEX TRIBUN. POTESTATE XII. S. C. *Muſæi Coſpiani.*

Ti-

(1) L. Aruntius. (2) A. Licinius Nerva Silanus. (2) Cæcilius Metellus Creticus. (3) C. Poppæus Sabinus.

Digitized by Google

TIBERIUS IMP. VI. VII. COS. II. TR: P. XII. XIII.

COSS. M. Æmilius Lepidus. T. Statilius Taurus. — *A.U.C.764. Chriſti 11.*

Templum Concordiæ Romæ à Tiberio dicatum.
Cum Germanico iterum Germaniam populatur, hinc Imp. VII. cùm jam Imp. VI., ex anni antecedentis Actis, dici meruiſſet.

Æ. TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMPERAT. VII.
AUGUR. PONTIF. TRIB. POT. XIII. COS. II. S. C.
⁕ ROM. ET AUG. Porticus, ſive Templum, cum duabus Victoriis deſuper, ambabus Coronam proferentibus. *Ind. Cavotorta.*

TIBERIUS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIII. XIV.

COSS. Ti. Claud. T. Aug. F. Aug. N. Germanicus. C. Fontejus Capito. — *A.U.C.765. Chriſti 12.*

Tiberius de Illureis, Pannoneis, Dalmateis, & Germaneis triumphat.

Au. TI. CÆSAR AUG. F. TR. POT. XIIII.
IMP. CÆSAR AUGUSTUS.
Ar. TI. CÆSAR AUG. F. TR. P. XIIII.
IMP. CÆSAR AUGUSTUS.
TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XIIII.
PONTIFEX IMPERATOR VII. S. C. Caduceus.

. . . .
⁕ EX S. C. Quadrigæ Triumphales, in quibus Ti. dextra, Sceptrum Eburneum, ſiniſtra ramum Lauri. *Arſcot. Tab. 17. n. 7.*
Ad triumphum hoc anno à Ti. ductum ſpectat hic Nummus.

TIBERIUS IMP. VII. COS. II. TR. P. XIV. XV.

COSS. C. Silius Nepos. L. Munatius Plancus. — *A.U.C.766. Chriſti 13.*

Au. TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.
CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.
Ar. TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XV. Quadrigæ Triumphales.
CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Aug.
TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMP. VII.
PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE XV.

TIBERIUS IMP. VII. COS. II. TR. P. XV. XVI. P. P.

COSS. Sex. Pompejus. Sex. Appulejus.

Germanicus dicitur Tiberius, & mortuo Auguſto ad XIV. Kal. Septembris, Auguſtus, & P. P. Rempublicamve ſolus tenet.

A.U.C.767. Chriſti 14.

Au. TI. CÆSAR AUGUSTI F. IMP. VII. Caput Tiberii.
AUGUR. PONTIF. TR. POT. XVI. Tripus, Lituus, & Securis.
TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUG.
DIVOS AUGUST. DIVI F. Caput Aug.
In honorem Aug. Patris à Ti. Filio cuſus poſt ejuſdem Conſecrationem.
TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUSTUS.
IMP. VII. TR. P. XVI. Quadrigæ Triumphales.
TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUST. IMP.
CLEMENTIÆ S. C. Clypeus, in quo Caput Clementiæ.
Ut initio Imperii S. P. Q. R. de ſe bene ſperare ſuaderet Tiberius, Caput Clementiæ, & Moderationis Nummis inſculpi juſſit, quaſi clementiſſimus futurus, & moderatiſſimus, quod tamen diu non præſtitit.
⁕ Pegaſus alatus. *Vaillant. T. 2. fol. 25.*
Ar. TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUG.
ROMA. Lupa.
TI. CÆSAR DIVI AUG. F. AUGUSTUS.
ſtatus, à quorum tamen ſanguine fertur abſtinuiſſe. Is gloriæ nimis cupidus, arrogans etiam, & pluſquam Imp. decebat, audax, Imperii ſui memoriam magnitudine operum geſtiens propagare, ambitioſum quondam apud Hieroſolymam Templum, quod poſt multa certamina obſidente Veſpaſiano, & Tito ægrè eſt expugnatum, inſtaurare ſumptibus cogitabat immodicis, negotiumque maturandum dederat Alypio cuidam Antiochenſi. Is cùm hoc teutaret; metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris aſſultibus irrumpentes fecere locum, exuſtis aliquoties operantibus in acceſſum, hocque modo elemento obſtinatius repellente, ceſſavit inceptum. Conſtantio mortuo, adeptoque toto Imperio, Perſis bellum indixit, ac cum ingenti exercitu primùm Conſtantinopolim, & tranſmiſſo Boſphoro à Chalcedone Nicomediam pervênit; inde Antiochiam Syriæ, ibi liberalitatis ſtudio parum prudenter certum rerum venalium inſtituit pretium: quod Antiocheni proclives ad contumelias impudenter, & liberè tiferunt, & ſcommatibus in barbam ejus luſeſunt, quòd prolixior ea eſſet, tonderi eam ad funiculos plectendos oportere dicentes, atque item in nummis ejus, qui effigiem Tauri habebant, cavillati ſunt, perinde atque à præcipiti Tauro Mundum ab ipſo imperante everti jactantes. Cùm enim ſupra omnes alios ſuperſtitione admodum teneretur, & quotidie Tauros ad ſimulacrorum Aras mactaret, & Aram, & Taurum nummo ſuo imprimi curaverat. Ad Perſas igitur profectutus Antiochiâ Hierapolim profectus, in Meſopotsmiam pervênit, atque hinc trajecto flumine, ponteque revulſo, ne Militibus redeundi via daretur, ad hoſtes pervênit: commiſſa pugna, acceptoque vulnere letali, manu cruore repleta in aerem ſanguinem projiciens, *viciſti*, inquit, *tandem Galilæe*, *viciſti*. Paulatim ſanguine vacuus, epotâ aquâ frigidâ, circa noctis fere medium interiit, cùm imperaſſet ſolus annum unum, menſes ſeptem: Cæſar annos 7. vixit annos 42. Cadaver Tarſum perductum, in ſuburbana Villa ſepultum eſt, cum hoc Epitaphio:

Rex bonus, & ſævis bellator fortis in armis
Julianus jacet hic ad Cydni fluminis undas,
Dum ferus Euphrates, & Perſica tela, cruenti
Martis opus, cœptoſque negatur inire triumphos.

Nazianzenus eum horribiliter mortuum, mox à terra commota, & flammis emicantibus abſorptum ſcribit.

FL. CL. JULIANUS CÆSAR *dicitur à Conſtantio Aug. Patruele, & in Gallias mittitur. A. D. VIII. Id. Novembris.*

A.U.C. 1108. *COSS. Arbetion. Mavortius Lollianus.* Ambo Occid.
Chriſti 355.

Aur. D. N. FL. CL. JULIANUS NOB. C.
SPES REIPUBLICÆ XXI Figura Militaris ſtans, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS NOB. C.
SPES REIPUBLICÆ XXI. Figura Paludata ſtans, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.
D. N. CL. JULIANUS N. C.
⁂ SPES REIPUBLICÆ CONS. A. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.
D. N. *alii* CL. JULIANUS NOB. CÆS.
FEL. TEMP. PREPARATIO. ⁂ Miles Captivum Equeſtrem proſternens.
⁂ ROT. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
⁂ PL. C. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſtian. Tab.* 13.
REPARATIO REIP. Figura Captivum ſupplantans.
⁂ SPES REIPUBLICÆ ..... Ut ſuperior. *M. N.*

JULIANUS CÆS. AN. II. COS.

A.U.C. 1109. *COSS. Conſtantius Aug. VIII. Julianus Cæſar.* Ambo Occid.
Chriſti 356.

Julianus cum Alamannis confligit, vincit, & Pacem petere cogit.

Æ. FL. CL. JULIANUS NOB. CÆS.
⁂ GLORIA ROMANORUM KONS. AU. Duæ Figuræ ſimul ſedentes, altera Imp. Paludati, dextra Globum cum Victoriola, ſiniſtra Scipionem, altera Fortunæ Urbis. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.
D. N. CL. JULIANUS N. C.
⁂ VIRTUS CÆSARIS R. Imp. Paludatus, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum, ad pedes hinc inde duo Captivi. *Ibidem.*

JULIANUS CÆS. AN. III. COS. II.

A.U.C. 1110. *COSS. Conſtantius Aug. IX.* Orient. *Julianus Cæſ. II.* Occid.
Chriſti 357.

Julianus de Alamannis inſigni Victoria potitur prope Argentoratum.

JULIANUS CÆS. AN. IIII. COS. II.

A.U.C. 1111. *COSS. Tit. Fab. Titianus* (ſive *Datianus*). *Neratius Cerealis.* Ambo Occid.
Chriſti 358.

Julianus Francos, & Alamannos vincit.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS NOB. C.
VICTORIA D. D. N. N. AUG.

JULIANUS CÆS. AN. V. COS. II.

A.U.C. 1112. *COSS. Fl. Euſebius. Fl. Hypatius.* Ambo Occid.
Chriſti 359.

Julianus Alamannos Prælio ſuperat.

Aur. D. N. JULIANUS NOB. CÆSAR.
GLORIA REIPUBLICÆ SIS. Duæ Victoriæ tenentes Clypeum, in quo VOT. V. VOT. V. MULT. X. In Corona, ſub qua T. CON.

Digitized by Google

D. N. JULIANUS NOB. C.
VICTORIÆ D. D. N. N. AUG. VOT. V. MULT. X. In Corona.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS NOB. C.
VOT. V. MULT. X. In Corona.

D. N. JULIANUS NOB. CÆS.
✳ VOTIS V. MULTIS X. In Corona Quercea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.

JULIANUS CÆS. AN. VI. COS. III. *Mox* AUG. TR. P.

COSS. Conſtantius Aug. X. Orient. Julianus Cæſ. III. Occid. — *A.U.C.* 1113. *Chriſti* 360.

Julianus in Galliis Aug. dicitur, Francos perimit, & à Chriſtianis deficit.

Aur. IMP. C. JULAINUS P. F. AUG.
✳ LIBERTAS PUBLICA. Libertatis ſtantis Typus cum Stella. *Ex Conſt. Chriſtiana Tab.* 13. *reſt.*

FL. CL. JULIANUS P. P. AUG.
✳ VIRTUS EXERCITUS ROMANORUM ANT. A. Imp. Captivum crinibus apprehenſum dextra ſternit, ſiniſtra Trophæum tenet. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 13.

Ar. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG.
VIRTUS EXERCIT. SIRM.

D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.
✳ VICTORIA ROMANORUM. Duo Captivi aſſidentes Labaro, in quo S. P. Q. R. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 14.

D. N. CL. JULIANUS SEMP. AUG.
✳ VICTORIA D. D. N. N. AUG. LUG. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 14.

Æ. FL. CL. JULIANUS P. P. AUG.
MONETA AUG. R. Tres Monetæ cum Bilancibus, & Cornucopiis.

D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.
SECURITATI, ET SP. AUG. Miles.
T. CONSTANTIA.

D. N. JULIANUS P. F. AUG.
✳ SPEI REIPUBLICÆ P. AN. Figura Galeata ſtans, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*

JULIANUS TR. P. II. COS. III.

COSS. Fl. Taurus Occid. Fl. Florentius Orient. — *A.U.C.* 1114. *Chriſti* 361.

Julianus contra Conſtantium cum Exercitu proficiſcitur. Moritur Conſtantius, & Julianus ſolus imperat.

Ar. D. N. JULIANUS P. F. AUG. *in quibuſdam* Capite barbato Caſſide cooperto, cum Clypeo, & Telo exerto ad pectus.
VOTIS V. MULT. X. S. CON. In Corona Quercea.

D. N. FL. CL. JULIANUS AUG
✳ FIDES EXERCITUUM. Aquila Legionaria erecta in medio duorum Labarorum. *Conſt. Chriſt. Tab.* 14.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.
SECURIT. REIP. { Taurus cum Aquila. / Taurus cum duabus Stellis.

SECURITAS REIPUBL. {
✳ HERACL. Taurus cum duabus Stellis. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 14.
ANT. A. Eodem Typo.
ANTI. Eodem Typo.
✳ T. CONST. Eodem Typo. *Conſtantinop. Chriſtian. Tab.* 14.
✳ LUG. OFF. S. Eodem Typo. *Ibidem.*
✳ S. CONST. Taurus cum duabus Stellis, ante quem Ciconia pede ſiniſtro elato. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 725.
✳ B. S. AMP. Taurus cum duabus Stellis. *Oyſel. Tab.* 43. *n.* 4.
CONS. P. A. Taurus cum duabus Stellis.
✳ AQUIL. P. Eodem Typo. *M. N.*
✳ P. CONS. Taurus cum duabus Stellis, ante quem Aquila Lauream Roſtro tenens. *M. N.*
}

SECURITAS REIPUBLICÆ. HERACLEA. Taurus ut ſuperiores.

FL. CL. JULIANUS P. F. AUG.
✳ VOT. V. MULT. X. In Corona, infra P. L. V. *Num. Fæſch.*

D. N. CL. JULIANUS AUG.
✳ VOT. V. MULT. X. In Corona, infra P. CON. *Num. Fæſch.*

. . . .
✳ FEL. TEMP. REPARATIO. Imp. proſternens Captivum. *Patin. Ind. f.* 33.
✳ VIRTUS AUG. N. Imp. proſternens Captivum. *Ibidem.*

JULIANUS TR. P. III. COS. III.

COSS. Fl. Mamertinus. Fl. Nevitta. Ambo Orient. — *A.U.C.* 1115. *Chriſti* 362.

Portum, cum Porticu, & Bibliotheca conſtruit Conſtantinopoli Julianus. Chriſtianis acerbior factus Gentilium Templa Conſtantinopoli aperit.

Aur. FL. CL. JULIANUS P. AUG. Caput cum Buſto.
✳ VIRTUS EXERCITUS ROMANORUM ANT. Γ. Imp. Captivum crinibus apprehenſum, dextra ſternit, ſiniſtra Trophæum. *Theſ. Theupol.*

Ar. . . . .
✳ ISIS FARIA. Caput Iſidis cum Buſto, dextra Siſtrum, ſiniſtra Pateram cum frugibus. *Oyſel. Tab.* 47. *n.* 5.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS AUG. *in aliquibus* caput Juliani cum Calathro ſub forma Serapidis.
DEO SERAPIDI. { Serapidis, & Iſidis capita jugata. / Juliani effigies.

* SECURITAS REIPUB. CONST. Γ. Taurus cum duabus Stellis. *Conſtant. Chriſt. Tab.* 24.

VOTA PUBLICA.
- Iſis Dea, Infantem ſinu tenens.
- Mulieres duæ adverſæ Aſpidibus coronatæ, Siſtrum una dextra, altera Novaculas præferentes, geminæ præterea inter eas Aræ viduntur.
- Latrator Anubis capite Canino, dextra Siſtrum, ſiniſtra Caduceum.
- * Figura Militaris ſtans, ambabus manibus Ramos tenens. *M. N.*
- * Navis, in qua Iſis Vento Vela dans. *M. N.*

D. N. FL. JULIANUS P. F. AUG. Buſtum Loricatum, capite Laureato, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Scutum.

* VOTA PUBLICA. Iſis cum Loti Flore, & Oſiris cum Calathro, in Serpentem deſinentes, manibus ſuſtinentes Vas, ex quo erumpit Serpens. *Strada f.* 192.

DEO SERAPIDI. Juliani caput cum Modio.

* VOTA PUBLICA. Fluvii decumbentis Typus, dextra Cornucopiæ, ſiniſtra Urnam, ex qua Aquas effundit. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 728. (*)

DEO SERAPIDI. Caput Radiatum.

VOTA PUBLICA.
- * Fluvius decumbens. *Patin. Ind. f.* 33.
- * Caput Juliani. *Ibidem*.
- * Caput Serapidis. *Ibidem*.
- * Iſidis, & Serapidis capita jugata. *Ibidem*.
- * Figura ſtans cum Siſtro. *Ibidem*.
- * Duo Capita jugata. *Ibidem*.
- * Iſis in Navi. *Ibidem*.
- * Caput. *Ibidem*.
- * Figura impoſita Animali Lupo ſimili. *Ibidem*.

DEO SERAPIDI. Bina capita jugata, Juliani, & Helenæ, unum cum flore Loti, aliud cum Calathro.

* VOTA PUBLICA.
- Iſis Navi inſiſtens, Velum ambabus manibus tenens. *Conſt. Chriſt. Tab.* 14.
- * Anubis capite Canino, dextra Siſtrum, ſiniſtra Vaſculum. *Ibidem*.

DEO SERAPIDI. Caput ut ſuperiora.

* VOTA PUBLICA. Fluvii decumbentis Typus. *Ibidem*.

VOTA PUBLICA. Capita ut ſuperiora.

* VOTA PUBLICA. Anubis capite Canino Paludatus, dextra Siſtrum, ſiniſtra Caduceum. *Ibidem*. (**)

APOLLONIUS TYANEUS. Caput Juliani Laureatum.

(1) * APOLLINI SANCTO H. S. M. A. Apollo Radiatus, dextra Pateram, ſiniſtra Lyram. *Ibid.*

* GENIO ANTIOCHENI. Figura Muliebris Turrita ſedens, ſiniſtra Globum, ad cujus pedes media Figura nuda. *Ibidem*.

* STEFAN. NIK. A. Athleta in Quadrigis, dextra flagrum, ſiniſtra Palmam. *Ibidem*.

D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG.

* Currus à duobus Monſtris alatis vectus, in quo Iſis ſtans, dextra Siſtrum. *Pat. Ind. f.* 33.

* VOTA PUBLICA. (2) Iſis inſiſtens Lupo, dextra Siſtrum, ſiniſtra Scipionem. *Ibidem*.

D. N. FL. JULIANUS P. F. AUG. Caput Diadematum, cum Buſto, dextra Victoriolam Globo ſiſtentem, ſiniſtra Scutum, in quo Lupa cum Gemellis.

* VOTA PUBLICA. Duo Monſtra Marina vas ſuſtinens, ex quo erumpit Serpens. *Ibidem*.

JULIANUS TR. P. IV. COS. IV.

A.U.C. 1116.
Chriſti 363.

COSS. Julianus Aug. IV. Orient. Secundus Saluſtius Occid.

Vota X. ſoluta, & XX. nuncupata. Conſtantinopolis terræ motu agitata. Julianus in Perſas movens, Hyerapolim, Carras, & Circuſium primò, poſtea in Aſſyriam pervenit, Tigrique tranſmiſſo Cteſiphontem oppugnans telo petitus occubuit VI. Kal. Jul.

Aur. JULIANUS AUG.

* VICTORIA ROMANORUM ANT. Victoria Thoraci inſidens Scuto inſcribit VOT. XX. ad pedes Puer alatus, qui Scutum tenet. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 13.

Ar. D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG.

VOTIS X. MULT. XX.
- F. CONS.
- * CONST. *Num. Faſch.*
- * TR. B. ROM. *Num. Faſch.*
- ANTI. In Corona.
- URBS ROMA. Ut ſuperior.

D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.

* VOT. X. MULT. XX. In Laurea, circa quam S. CONS. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 24.

. . . .

* OB VICTORIAM TRIUMPHALEM SIS. Duæ Victoriæ Clypeum ſuſtinentes, in quo VOT. X. MULT. XX. *Num. Arſcot. Tab.* 67. *n.* 15.

Æ. D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.

VOTIS X. MULTI XX.
- ANTI. In Corona.
- URBS ROMA. Ut ſuperior.

VOT. X. MULT. XX.
- * URBS ROM. T. In Laurea. *Num. Faſch.*
- CONST. Ut ſuperior.
- * CUZIC. T. Ut ſuperior. *Num. Faſch.*
- * P. CONST. Eodem Typo. *Ibidem*.
- * A. SIS. C. Eodem Typo. *Ibidem*.

D. N.

(*) In noſtro, Anubis ſiniſtra Caduceum, dextra ramum oblongum. Notandum venit ſcribi SARAPIDI loco SERAPIDI. Parva ſunt, ſed quæ attentam diligentiam oſtendunt. Attentior ſuper hæc in dies evado, cùm ſciam Pariſiis aliquos eſſe, qui ex hiſce incautis monetariorum in literis erratis myſteria interpretantur: qui ex tranſpoſitis Valentis literis AULENATUM fecerunt, ac Gratiano BRITIUM, ac ſimilia Monſtra. Gloriantur hi inventis ſe alios Cæſares, & Auguſtos a nullo memoratos hiſtorico faſtis donaſſe. *Auctoris Fidem*.

(**) DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Juliani cum Modio.
DEO SANCTO NILO. Infra ALE Nilus humi decumbens dextra harundinem, ſiniſtra Cornucopiæ. pone eum Hyppopotamus, prope arundinem viditur Γ. Integerrimus hic nullæ raritate ſpectabilis eſt. *Ejuſdem*.

(1) Nummus ex Ducangio perperam deſcriptus, ut apud eundem pag. 498. videre eſt. (2) Iſis inſidet Cani, non Lupo.

Digitized by Google

D. N. FL. CL. JULIANUS P. F. AUG. (*)
⁎ VOTIS X. MULTI. XX. In Laurea, infra ⎧URB. ROM. B. *M. N.*
⁎ ⎩R. ⁎ T. Eodem Typo. *M. N.* (**)

D. N. FL. CL. JULIANUS AUG.
TRIUMPHUS CÆSARIS VOT. XX. In Corona.
SECURITAS REIPUBLICÆ T. CONST. Bos cum duabus Stellis, & Aquila.

178



178

H E L E.

Conſtantini M. Filia Conſtantii Soror, Uxor Juliani, huic Euſebia Conſtantii Imperatoris Uxor inſidiabatur, quod ipſa ſterilis vixerat, quæſitumque venenum per fraudem bibere illexit, ut quotieſcumque concepiſſet, immaturum abjiceret partum. Cùm in Illyricum Julianus ad bellum civile contra Conſtantium, quem nunquam ad concordiam venturum ſciebat, proficiſceretur, illa moritur ex partu, corpus ejus Romam perlatum in Suburbio viæ Nomentanæ, ubi antea Conſtantia Soror poſita erat, eſt ſepultum.

Aur. HELENA FL. MAX.
Sidus magnum in Laurea. *Triſtan. Tom.* 3. *f.* 733.
Æ. FL. HELENA AUGUSTA.
(***) ⁎ SECURITAS REIPUBLICÆ S.M.K. Figura muliebris ſtans, dextra Ramum. *Conſt. Chriſt. Tab.* 35.
⁎ PROVIDENTIÆ AUGG. S. AR. Caſtra Prætoria. *Ibidem.*
HELENA AUGUSTA.
⁎ SECURITAS REIPUBLICÆ P. TR. Ut ſuperiori Typo. *Ibidem.*
FL. JUL. HELENÆ AUG.
⁎ PAX PUBLICA. ⎧TR. S. Figura muliebris ſtans, dextra extenſa cum Scipione, ſiniſtra Haſtam puram. *Ibidem.*
⁎ ⎩TR. P. Eodem Typo. *Ibidem.*
ISIS FARIA. Helena Iſidis habitu, dextra Siſtrum Capite flore Loti ornato.
⁎ VOTA PUBLICA. ⎧Oſiridis ſimulacrum, dextra elata Capite Modio ornato. *Triſt. Tom.* 3. *f.* 734.
⁎ ⎪Latrator Anubis, dextra Siſtrum, ſiniſtra Caduceum. *Ibidem.*
⁎ ⎩Iſis in Navi. *Patin. Ind. f.* 34.
. . . .
⁎ PAX PUBLICA. Status. *Patin. Ind. f.* 34. (****)

179



179

F L A V I U S J O V I A N U S

Patre Varroniano natus in Pannonia, vir inſignis corpore, lætus ingenio, literarum ſtudioſus, vultu lætiſſimus, oculis cæſiis, vaſta, & ardua proceritate, benevolus, & in ſuos promptus, Chriſtianæ Religionis ſtudioſiſſimus. Cùm Julianus in Oriente interiiſſet, ab Exercitu Imp. invitus eſt delectus, is Imp. factus voluit omnes Milites Chriſti nomen profiteri, quod & fecerunt. Exercitum Romanum reduxit ultra Tigridem, ibique fœdus ictum cum Perſis ad annos 30. cùmque veniſſet ad Op. Dadaſtana inter Bithyniam, & Galatas cruditate ſtomachi, ex longo itinere à Perſis contracta, in cubiculo recenti tectorio obducto, prunis etiam ardentibus dormiens, repente interiit, Imperii menſe octavo, anno ætatis 33. Chriſti 364. cum Varroniano F. quem Imp. à Militibus electum, licèt infantem Coſ. ſecum creaverat, qui cùm admodum puerulus in curuli Sella cum Patre veheretur, jugi vagitu infelicem Patris exitum portendit.

FL. CL. JOVIANUS *occiſo Juliano ab Exercitu* AUG. *dicitur* TR. P. *accepta* (1) *A.D. VI. Kal. Julii.*

COSS. Julianus Aug. IV. Orien. Secundus Saluſtius Occid. *A.U.C.* 1116.
D. N. *Chriſti* 363.

(*) Buſtus Juliani cum Haſta, Clypeo, & Capite Galeato. *Auct. Fil.*
(**) Meus, hic quoque errore Monetariorum MU. L.T. *Ejuſdem.*
(***) Γ ϐ Ι Ѕ Ϙ. Eodem Typo. *Ejuſdem.*
S M N Δ. Eodem Typo. *Ejuſdem.*
(****) FL. JUL. HELENA AUGUSTA.
SECURITAS PUBLI. Figura feminuda ſedens, dextra Ramum. *Chifletius Anaſtaſii f.* 278.
PAX PUBLICA TR. S. Figura muliebris ſtans, dextra expanſa cum Scipione, ſiniſtra Haſtam. *Ibidem.*
FLAV. JUL. HELENA AUG.
GLORIA EXERCITUS. Duo Milites ſtantes cum Clypeis, in quorum medio Labarum. *Ibidem.*
(1) Ad V. Kal. Jul. Jovianus Aug. dicitur.

Aur. D. N. JOVIANUS P. F. AUG.

✻ SECURITAS REIPUBLICÆ SIRM. { Duæ Figuræ ſedentes, alia Galeata, alia Turrita, Clypeum ſuſtinentes, in quo VOT. V. MUL. X. *Huſius*. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, in quo Monogramma Chriſti, ad pedes Labari Captivus. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 16.

✻ VICTORIA AUGUSTORUM R. V. CON. Victoria nuda alata, & Galeata, dextra Lauream, ſiniſtra Globum. *Ibidem*.

✻ VICTORIA AUGUS. Duo Captivi aſſidentes Labaro, in quo Monogramma Chriſti. *Ibidem*

Ar. D. N. JOVIANUS P. F. AUG.
VICTORIA AUG. TR. H. S. Figura ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtile.
VOT. V. Corona Quercea.
VOT. V. MULT. X. { CONS. In Corona Quercea.
✻ 8 S N O 7 2. Eodem Typo. *Num. Arſcot. Tab.* 63. *n.* 16.

D. N. JOVIANUS P. F. AUG.
VOT. V. MULT. X. ✻ { URB. ROM. T. In Laurea.
✻ URES ROM. Eodem Typo. *M. N.* (*)
✻ URBS ROM. B. Eodem Typo. *M. N.*
✻ T. CONST. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 16.

✻ VOT. V. In Laurea, infra CONS. R. A. *Ibidem*.

JOVIANUS TR. P. COS.

A.U.C. 1117.
Chriſti 364.

COSS. Fl. Jovianus Aug. Fl. Varronianus Nob. Puer Joviani Aug. F. ambo Orient.

Pace cum Perſis facta, dum Romam pergit Jovianus (1) *A. D. XI. Kal. Martii. Dadaſtanæ in Bithynia extinguitur.*

Aur. D. N. JOVIANUS P. F. AUG. Caput Corona ex Clypeis facta redimitum.
✻ VICTORIA AUGUSTORUM ART. Γ. Figura Militaris Paludata, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoriola. *Strada fol.* 194.

Æ. D. N JOVIANUS P. F. AUG.
(2) URBS ROM. S. I. H. N.
✻ ADVENTUS AUGUSTI. ROMA. Imp. Eques gradiens, quem præcedit Miles cum Labaro, in quo Monogramma Chriſti, & ſubſequitur Victoria, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Triſtan. Tom.* 3. *fol.* 745.
✻ VICTORIA ROMANORUM. Imp. ſtans ad Labarum. *Conſtant. Chriſtiana Tab.* 16.
✻ URBS ROMA. Roma ſedens cum Haſta, & Globo. *Num. Carpineus.*
✻ Monogramma Chriſti in medio Nummo, hinc A. illinc Ω. *Ibidem*.
D. N FL. C. JOVIANUS P. F. AUG. Imp. Protome, dextra Haſtam, ſiniſtra Capiſtro Equum retinens.
✻ Imp. Eques, dextra portenta Leonem proſternens. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 16.

180



180

FLAVIUS VALENTINIANUS

NAtus apud Cibalas Pannoniæ Op. poſt Joviani mortem Niceæ ab Exercitu fit Imp. Gratiani Funarii (ſic dicti, quod funem portanti quinque etiam robuſtiſſimi Milites extorquere nequirent) F. ipſe magnanimus, & rei militaris peritus, pius, juſtus, robuſtus, egregio vultu, animo gravi, ingenio ſolertiſſimus, ſermone cultiſſimus, ſed avaritia notatus, & quandoque immanis, trux, & ſanguinarius. Valentem Fratrem Auguſtum & Imperii Conſortem fecit, Thracia expulit Gothos, Saxones ad officium redegit, Germaniam Theodoſii auſpiciis pacavit. Gratianum F. ſuum Auguſtum appellavit. Tandem Quadorum legationem latrocinia excuſantem audiens, ſubita ira accenſus in morbum incidit, qua areſcentibus venis, cùm nihil ſanguinis emitti poſſet, aut (ut rectiùs fortè) iracunda vocis contentione arteriam rumpens, & ſanguinem effundens, voce amiſſa, Bregetione ſenſu integer expiravit, anno Imperii 12. ætatis 55.

FL. VALENTINIANUS *mortuo Joviano ab Exercitu* AUG. *dicitur*, TR. P. *conceſſa A. D. V. Kal. Martii apud Nicæam.*

A.U.C. 1117.
Chriſti 364.

COSS. Fl. Jovianus Aug. Fl. Varronianus Nob. P. ambo Orient.

Valentem Fratrem Valentinianus Auguſtum dicit (3) *Kal. Aprilis Conſtantinopoli, eidemque Imperium Orientale concedit, pro ſe retento Occidentali.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
RESTITUTOR REIPUBLICÆ. ANTI. Figura ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam.

RE-

(*) In his quoque ſcribitur MU. LT. *Auctoris Fil.*
(1) Moritur Jovianus XIII. Kal. Martii. *Pagi. Panvin.* & *Tillemont.*
(2) Forſan legendum URBS ROM. SIRM. (3) Valens Aug. renunciatur 28. Martii. *Tillemont.* & *Bandur.*

RESTITUTOR REIPUBLICAE.
- S. M. LUG. Eodem Typo.
- S. M. N. G. Eodem Typo.
- S. M. TES. Ut ſupra.
- CONS. P. Eodem Typo.
- ✻ ANT. A. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 17.*

RESTITUTORI REIPUBLICAE ANTI. Figura Stolata ſtans, ſiniſtra Globum, ſupra quem Victoria, dextra Labarum, cum Chriſti Monogrammate.

✻ SALUS REIP. S. M. SIS. C. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria, dextro pede Captivum proculcans. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab. 17.*

. . . .

✻ GLORIA ROMANORUM. Roma ſedens. *Schedæ Sponnianæ.*

AR. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.

✻ REPARATIO REIP. A. SIS. Imp. ſtans Figuræ in genua procumbenti dextram porrigit, à tergo Victoria eidem Lauream imponit. *Hulſius.*

RESTITUTOR REIP.
- ANT. Imp. ſtans, dextra Labarum cum Chriſti Monogrammate.
- ✻ S. LUG. Ut ſuperior, ſiniſtra Globum cum Victoria. *M. N.*
- ✻ S. LUG. Eodem Typo. *Num. Fæſch.*

✻ URBS ROMA TR. P. S. Figura Galeata ſedens, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *Conſt. Chriſtiana Tab. 17.*

. . . .

✻ GLORIA REIPUBLICAE TES. *. Duæ Figuræ, alia Galeata, alia Turrito capite, ſedentes Clypeum tenent, in quo VOT. V. MULT. X., hinc & inde Cruces. *Oyſel. Tab. 22. n. 6.*

Æ. VALENTINIANUS P. F. AUG.

VOTO PUB. Caſtra Prætoria. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab. 17.*

(1) BONI FATI. *Goltzius.*

VOT. V. MULT. X.

✻ SECURITAS REIPUBLICAE IS. IS. C. Z. BRA. Victoria, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Num. Fæſch.*

VICTORIA AUGUSTORUM. Victoria inſcribens Clypeo VOT. V.

D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.

✻ SECURITAS REIPUBLICÆ.
- A. SIS. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *M. N.*
- ✻ OF. III. CONST. Eodem Typo. *M. N.*

REPARATIO REIP.
- ✻ S. M. A. T. Imp. dextram porrigit Figuræ in genua procombenti, ſiniſtra Globum cum Victoriola Imperatorem Coronante. *Num. Fæſch.*
- ✻ S. M. TR. P. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✻ S. M. R. P. Eodem Typo. *M. N.*
- ✻ A. SIS. Eodem Typo. *Hulſius.*

✻ MONETA AUGG. Tres Monetæ cum Attributis. *Conſt. Chriſtiana Tab. 17.*

✻ RESTITUTOR REIP. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum, cum Victoria, à qua coronatur. *M. N.*

. . . .

✻ CONCORDIA AUGG. Sedens. *Patin. Ind. f. 34.*

✻ RENOBATIO URBIS ROMÆ R. P. Roma Galeata ſedens cum Clypeo à tergo, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *Triſtan. Tom. 3. f. 612.*

✻ URBS ROMA. Sedens. *Patin. Ind. f. 34.*

VALENTINIANUS TR. P. I. II. COS.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. Occid. Fl. Valens Aug. Orient. *A.U.C. 1118. Chriſti 365.*

Procopius Populi Conſtantinopolitani favore rebellat (2), *Alemani Gallias impunè diripiunt; Hinc Valentinianus in Gallis.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.

✻ FELIX ADVENTUS AUG. N. S. M. A. Q. Imp. Eques, dextra elata. *Conſt. Chriſt. Tab. 17.*

Æ. VALENTINIANUS P. F. AUG.

GLORIA ROMANORUM B. SIS.
- Figura Militaris, Captivum crinibus dextra trahens, ſiniſtra Labarum.
- *In alio*, dextra Clypeum, ſiniſtra Labarum.

D. N. FL. VALENTINIANUS P. F. AUG.

FELIX ADVENTUS AUG. N. S. M. A. Q. Figura Equeſtris habitu Pacificatoris.

CON. OB. R. V. Figura ſtans dextra veluti Falcem, ſiniſtra Crucem.

Studioſorum commoditati (quantum in nobis eſt) ſtudentes interpretationem literarum, quæ in poſterioris Ævi Numiſmatibus occurrunt, & Erudītiſſimi D. Du Cange de iiſdem Diſertatione hic producere decrevimus, ut ubi ab Occone interpretatæ fuere literæ CON. OB. *& illarum, & aliarum interpretatio per tabulam ſuccedat. Sic ergo ea ex Diſertatione D. Du Cange fol. 36., & ſequentibus deſcribitur.*

AAEΞ. *Alexandriæ*. In nummo Juſtiniani.
AMB. forte *Ambiani*, Magnentii.
AMID. . . . . Conſtantini M.
ANT. *Antiochiæ*. Conſtantini M. Juliani.
ANTA. *Antiochiæ*. A. annus 1. Imp. vel nota Monetarii. Juliani, Eudoxiæ.
ANTB. *Antiochiæ*, ubi B. annus eſt Imperii ſecundus, vel potius nota Monetarii. Honorii, Heraclii.
ANTΓ. *Antiochiæ*. Γ. annus 3. Imperii, vel nota Monetarii. Valentiniani, Theodoſii, Arcadii.
ANTE. *Antiochiæ*. E annus 5. Imperii, vel nota Monetarii. Valentiniani.
ANTH. *Antiochiæ*. Valentiniani. H. nota Monetarii, vel annus 8. Imp.
ANTP. *Antiochiæ*. P. nota Monetarii, vel *Antiochiæ percuſſa*. Valentiniani, Valentis, Honorii.
ANTS. *Antiochiæ ſignata*. Arcadii.
APLC. *Percuſſa Lugduni*. Magnentii.

(1) Nummus malè deſcrip. nam pro BONI FATI. unico verbo legend. BONIFATI. ut in aliquib. Nummis Plac. Valentiniani clarè legitur *Bonifatius*; ideoq. ad eundem Nummum referri malim ex *Bandur.*
(2) Rebellat Procop. 28. Septembris.

AQ. *Aquilejæ*. Conſtantini M. Conſtantii, &c.
AQOB. *Aquilejæ obſignata*. Theodoſii M.
AQPS. *Aquilejæ pecunia ſignata*, vel *percuſſa*, *ſignata*. Gratiani, & Valentiniani Junioris.
AQS. *Aquilejæ ſignata*. Conſtantini Jun. & Conſtantis.
AQT. *Aquilejæ percuſſa*, ubi T. pro P. perperam, ſæpe ſcribitur. Conſtantini M. Conſtantini Jun.
ASIS. *Siſciæ*. Conſtantini M. Licinii, Criſpi, &c.
ATR. *Treveris*. Criſpi, ubi A. ut & in præcedenti videtur eſſe Monetarii.
B . . . . . Conſtantii Chlori.
BTR. *Treveris*. Criſpi. B. nota Monetarii.
BSIS. *Siſciæ*. Vetranionis. In aliis PSIS. Ideſt: *percuſſa Siſciæ*, habetur. B. nota eſt Monet.
C. . . . . Conſtantii Chlori.
CAR. *Carthagine*. Juſtiniani.
CΓ. . . . . Procopii.
CLC. *Cuſa Lugduni*. Conſtantii.
COM. *Conſtantinopolitana Moneta*. Theodoſii.
COMOB. *Conſtantinopoli Moneta obſignata*. Arcadii, Jovini, Placid. Valentiniani, Maioriani, Severi.
CON. *Conſtantinopoli*. Conſtantini M. Joviniani, Valentis, Theodoſii, Anaſtaſii.
CONOB. *Conſtantinopoli obſignata*. Hannibaliani, Valentiniani, Theodoſii, &c.
CONA. *Conſtantinopoli*. Mauritii.
CONΓ. *Conſtantinopoli*. Phocæ.
CONE. *Conſtantinopoli*. Phocæ. ubi A. Γ. & E. notæ ſunt Monetariorum.
CONS. *Conſtantinopoli*. Conſtantini M. Conſtantii.
CONSA. *Conſtantinopoli*, vel *Conſtantinopoli ſignata*. A. nota Monetarii, Juliani.
CONSΓ. *Conſtantinopoli*. Γ nota Monetarii. Arcadii.
CONS h. *Conſtantinopoli*. h. nota Monet. Honorii.
CONST. *Conſtantinopoli*. Conſtantii, Conſtantis, Valentis. Vide Novellas Scrimgeri p. 427. 428.
CONSPΓ. *Conſtantinopoli*. Γ. nota Monet. Juliani. Vide Nov. Juſtini apud Pithœum. p. 241.
CONSP. *Conſtantinopoli*. Valentiniani.
D. . . . . Conſtantii Chlori.
EI. . . . . Conſtantii Chlori.
HERACL. *Heracleæ*. Juliani.
KAR. *Karthagine*. Juſtiniani.
KART. *Karthagine*. Juſtiniani.
KE. *Karthagine*. Conſtantii.
KΔ *Karthagine*. Conſtantini Junioris.
KONOB. *Conſtantinopoli obſignata*. Conſtantini M.
KONSA *Conſtantinopoli*. A. nota Monet. Conſtantii.
KONSAV. *Conſtantinopoli*. Conſtantii, Juliani.
KRTC. *Karthagine* ubi C. pro S. Mauritii.
KRTS. *Karthagine ſignata*. Conſtantini Pogonati.
KYZ. *Cyzici*. Conſtantii Chlori, Juſtini, Mauritii, Phocæ.
KYZB. *Cyzici*. B. nota Monet. Phocæ.
LUG. *Lugduni*. Conſtantii, Juliani, Julii Nepotis.
LUGD. *Lugduni*. Gratiani, Valentiniani Jun.
LUGPS. *Lugduni pecunia ſignata*, vel *percuſſa*, *ſignata*. Valentiniani, Eugenii.
MDPS. *Mediolani pecunia ſignata*. Maximi, Victoris, Arcadii, Honorii.
MKV. *Moneta Carthaginenſis*. V. nota Monet. Conſtantini M. Licinii.
MHR. . . . . Conſtantis.
MNLB. *Moneta nova Lugduni* cuſa. B. nota Monetarii, Conſtantini M.
MOSTQ. *Moneta ſignata Treveris*. Q. Nota Monet. niſi T. pro A. exaratum ſit, ita ut *Aquileja ſignata* intelligatur. Conſtantini M. Licinii.
MOSTR. *Moneta ſignata Treveris*. Conſtantii, Chlori.
N. . . . . Conſtantini M.
NHTA. . . Licinii.
NIC. *Nicomediæ*. Anaſtaſii.
NIKO. *Nicomediæ*. non Nicopoli, ut vult Alemannus. Juſtini, Mauritii.
NOS. . . . . Conſtantii Chlori.
PAQ. *percuſſa Aquilejæ*. Conſtantini M.
PAR. *percuſſa Arelate*. Conſtantii.
PARL. *percuſſa Arelate*. Conſtantini M. Licinii, Conſtantii.
PCON. *percuſſa Conſtantinopoli*. Conſtantii.
PCONST. *percuſſa Conſtantinopoli*. Juliani.
PERP. *pecunia Romæ percuſſa*. Conſtantini M.
PL. *percuſſa Lugduni*. Criſpi.
PIG. & PLC. *percuſſa Lugduni*. Conſtantii Chlori.
PK. *percuſſa Karthagine*. Juſtiniani.
PLM. *percuſſa Lugduni*. M. nota Monetarii Conſtantini M.
PLN. *percuſſa Lugduni*. N. nota Monet. Conſtantii Chlori
PR. *percuſſa Romæ*. Conſtantii Chlori, Conſtantini M. Licinii, Conſtantii.
PROM. *percuſſa Romæ*. Conſtantii.
PS. *percuſſa Siſciæ*. Licinii.
PSIS. *percuſſa Siſciæ*. Criſpi, Vetranionis.
PTR. *percuſſa Treveris*. Conſtantii Chlori, &c.
QA. pro AQ. *Aquilejæ*. Conſtantini Jun.
R. *Romæ*. Conſtantini M. Conſtantii, Juliani.
RA. *Ravennæ*. Heraclii.
RAV. *Ravennæ*. Heraclii, Conſtantini.
RB. *Romæ*. Conſtantii, niſi B. pro *percuſſa*.
RE. . . . . Theodoſii.
RM. *Romæ*. Honorii, Severi.
RO. *Romæ*. Gratiani.
ROM. *Romæ*. Juſtini, Mauritii, Heraclii.
ROMB. *Romæ percuſſa*. B. pro P. Aviti.
ROMA. Joviani, Juſtiniani.
ROPS. *Romæ pecunia ſignata*. Honorii.
RP. *Romæ percuſſa*. Conſtantii Chlori, Conſt. M.
RPS. *Romæ pecunia ſignata*. Magnentii.
RS. *Romæ ſignata*. Licinii, Nepotiani,
RSLC. *pecunia ſignata Lugduni*, ubi R. pro P. Juliani.
RT *Romæ percuſſa*, ubi T. pro P. Conſtantii.
RUPS. *Ravennæ pecunia ſignata*. Honorii, Joannis,
S. *Siſciæ*. Conſtantini M.
SA. *Signata Antiochiæ*. Licinii.
SANB. *ſignata Antiochiæ*. B. nota Monet. vel annus 2. Imperii Martiniani.
S. ARL. *ſignata Arelate*. Conſtantini M.
SAR. *ſignata Arelate*. Magnentii, Helenæ.
S. C. *ſignata Conſtantinopoli*. Arcadii.
SCON. *ſignata Conſtantinopoli*. Conſtantii.
SCONS. *ſignata Conſtantinopoli*, Juliani.
SF. *Siſciæ*. Conſtantii.
SIR. *Sirmii*. Conſtantini M. Licinii.
SIRM. *Sirmii*. Conſtantini Jun. Joviani.
SIS. *Siſciæ*. Conſtantini M. Licinii, Conſtantii Conſtantis.
SISPZ. *Siſciæ percuſſa*. Z. nota Monet.
SISCP. *Siſciæ percuſſa*. Gratiani.
SMK. *ſignata moneta Karthagine*. Licinii Jun.
SMKA. *ſignata moneta Karthagine*. Licinii Jun.
SMKE. *ſignata moneta Karthagine*. Conſtantini Junioris. E. nota Monet. Licinii.
SMK. *ſignata moneta Karthagine*. Helenæ.
SMKE. *ſignata moneta Karthagine*. E. nota Monet. Arcadii.
SMA. *ſignata moneta Antiochiæ*. Juliani.
SMAQ. *ſignata moneta Aquilejæ*. Conſtantii, Gratiani, Arcadii.
SMAN. *ſignata moneta Antiochiæ*, vel *ſacra moneta Antiochena*. Conſtantini Magni, Conſtantii.
SMANΓ. *ſignata moneta Antiochiæ*. Γ. nota Monet. vel an. 3. Imperii Theodoſii.
SMANT. *ſignata moneta Antiochiæ*. Conſtantii.
SMANTS *ſignata moneta Antiochiæ*, vel *ſacra moneta Antiochiæ ſignata*. Conſt. M.
SMANS. *Sacra moneta Antiochiæ ſignata*, vel *ſignata moneta Antiochiæ*. S. nota Monetarii.
SMANR. *ſignata moneta Antiochiæ*. R. nota Monet. Conſtantini M.
SMANTE. *ſignata moneta Antiochiæ*. E. nota Monet. Conſtantii.
SMAT. *ſignata moneta Antiochiæ*. T. nota Monet. Conſtantini M.
SMAB. *ſignata moneta Antiochiæ*. B. nota Monet. Conſtantini M.
SMN. *ſacra moneta nova*. Licinii, Conſtantii.
SMNA. *ſignata moneta nova Antiochiæ*. Martiniani, Theodoſii.
SMNΓ. *Sacra moneta nova*. Γ. nota Monet. Licinii Jun.

SMNC.

SMNC. *ſignata moneta nova Conſtantinopoli*. Conſtantini M.
SMNKAB. *ſignata moneta Karthagine*. B. nota Monet. Theodoſii.
SMNS. *Sacra moneta nova ſignata*. Conſtantii.
SMNM. *Sacra*, vel *ſignata moneta nova*. M. nota, forte Monetarii. Criſpi.
SMRB. *ſignata Moneta Romæ*. B. nota Monet. Gratiani.
SMRP. *ſacra moneta Romæ percuſſa*. Valentis.
SMSISC. *ſignata moneta Siſciæ*. Valentis.
SMRQ. ubi R. pro A. *ſignata moneta Aquilejæ*. Conſtantii, Valentiniani.
SMTA. *ſignata moneta* . . . . . Theodoſii.
SMTES. *ſignata monetâ Theſſalonicæ*. Valentiniani.
SMTR. *ſignata moneta Treveris*. Maximi.
SMTRS. *Sacra moneta Treveris ſignata*, vel *ſignata moneta Treveris*. Conſtantii.
SMTS. *ſignata moneta Treveris*. Conſtantini M. Valentiniani.
SMTSE. *Sacra moneta Treveris ſignata*, vel *ſignata moneta Theſſalonicæ*. Delmatii.
ST. *ſignata Treveris*. Conſtantii Chlori, Conſtantini M. &c.
STR. *ſignata Treveris*. Conſtantini M. &c.
TAR. pro PAR. *percuſſa Arelate*. Criſpi.
TCON. pro PCON. *percuſſa Conſtantinopoli*. Juliani, Gratiani, Valentiniani Junioris.
TCE. *Theſſalonicæ*. Juſtini.
TES. *Theſſalonicæ*. Conſtantii, Conſtantis, Helenæ, Phocæ.
TESA. *Theſſalonicæ*. Arcadii.
TH. *Theſſalonicæ*. Conſtantii.
THEV. *Theſſalonicæ urbe*. Juſtiniani, Tiberii, Mauricii.
THEVP. *Theſſalonicæ urbe percuſſa*. Juſtini, Juſtiniani, Tiberii, Mauritii.
TI. fortè *Treveris*. Conſtantini M.
TR. *Treveris*. Conſtantii.
TRMS. *Treveris moneta ſignata*. Jovini.
TRO. *Treveris obſignata*. Theodoræ, Conſtantini, M. Conſtantii.
TROB. *Treveris obſignata*. Valentiniani Junioris.
TROBC. *Treveris obſignata*. Valentiniani Junioris.
TROBS. *Treveris obſignata*. Conſtantini M. Conſtantini Junioris.
TROBT. *Treveris obſignata*. T. Valentiniani, Gratiani.
TROS. *Treveris obſignata*. Conſtantini M.
TRP. *Treveris percuſſa*. Helenæ.
TRPS. *Treveris pecunia ſignata*. Valentiniani, Gratiani, Valentiniani Jun.
TRS. *Treveris ſignata*. Conſtantini M. Conſtantini Jun.
TS. *Treveris ſignata*. Licinii.
TSE. *Treveris ſignata*. E. nota Monet. Conſtantis.
TSR. *Treveris ſignata*. R. nota Monet. Conſtantini Jun.
TT. pro PT. *percuſſa Treveris*. Conſtantini M.
XMTA. . . . . Theodoſii. (*)

VALENTINIANUS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Gratianus Nob. P. Fl. Dagalaiphus. Ambo Occid. *A.U.C.* 1119. *Chriſti* 366.

Procopius à Valente opprimitur (1) *VI. Kal. Julii. Alemanni Gallias diripientes, à Jovino tribus prœliis ſuperantur.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ VIRTUS ROMANORUM CONS. P. Impp. ſtantes cum Haſtis, una tenentes Globum, cui inſiſtit Victoria, utrique Lauream porrigens. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 17.

Ar. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *P. Minii.*

VALENTINIANUS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Fl. Lupicinus. Orient. Fl. Jovinus. Occid. *A.U.C.* 1120. *Chriſti* 367.

Valentinianus ægrotat, & ſanatur, inde Gratianum Filium AUG. *dicit IX. Kal. Septembris. In Britannia Picti, cum Atacottis, & Scotis Inſulam populantur, Theodoſius juſſu Valentiniani eos domat, & delet.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ RESTITUTOR REIPUBLICAE * ANT. Γ. * ☧. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 17.

. . . .

(2) ✳ CONCORDIA AUGGG. F. CONS. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum, ad pedes Prora Navis. *Oyſel. Tab.* 82. *n.* 4.

Æ. VALENTINIANUS P. F. AUG.
SECURITAS REIPUBLICÆ SECUNDA. { Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. / Figura Equeſtris.
VIRTUS EXERCITUS. { SIS. C. P. Figura dextra Labarum, ſiniſtra Clypeum. / ✳ TR. P. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 17.
D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ CONCORDIA AUGG. ANT. Γ. Figura Galeata ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 17.
CONCORDIA AUGGG. { Figura armata, ſiniſtra Globū tenens, cui inſiſtit Victoria Imp. coronans. / Roma ſedens. / Figura Armata, & Galeata ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.
SECURITAS REIPUBLICAE SECUNDA. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.

VALENTINIANUS TR. P. IV. V. COS. II.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. II. Occid. Fl. Valens Aug. II. Orient. *A.U.C.* 1121. *Chriſti* 368.

Valentinianus cum Gratiano AUG. *Filio Rhenum tranſit, & Alamannos inſigni Victoria apud Solicinium vincit, & terga dare cogit, & in Hyberna revertitur.*

D. N.

(*) Studioſorum commoditati jam olim Parens meus, qui poſterioris literarum in Nummorum limbo occurrentium interpretationem ex Cl. Du-Cange Diſſertatione tranſcripſit; hinc domeſticis exemplis alium interpretationum Catalogum ex Harduino ſubnectam. Sit igitur Antiquariorum voluptati, ac utilitati id, quod etiam per ſe rei novitas, ac ipſius libri in noſtra Italia raritas poſtulabant. Non dubitavit Eruditus Auctor, quem honoris ergo amicitiæque cauſa nomino, receptis opinionibus contraire, an feliciter, videant oculatiores. Utar itaque ipſius Harduini verbis in Nummis Herodiadum (pag. 51.) *Damnatis omnibus, quæ quotidie Eruditorum manibus teruntur, ac ſanctè habentur, antiquis Auctoribus, ſolos cenſet pro genuinis habendos Tullium, Horatii Sermones, & Epiſtolas, Virgilii Georgica, Plinium Seniorem* (quem ipſe eruditiſſimo Commentario illuſtravit) *cæteris in eorum claſſe collocatis, quos Annius Viterbienſis faber obtruſit: rejectis inſuper Inſcriptionibus (præter admodum paucas) utpote ex earum numero, quas Inghiramus Architectus inſculpſit*. Sic inquit: *Accipiet quis quæ volet*, eadem ego hic repetam. Mihi ſatis ſuperque ſit indicaſſe, ac diligentiæ pro viribus conſuluiſſe.

Ita olim ſcribebat P. Mezzabarba; Nos verò pro noſtro inſtituto in Præfatione relato ad calcem Topographiam Numiſmatum Sæculi Conſtantiniani remittimus.

(1) Procopius opprimitur 27. Maij. *Tillemont.* (2) Ad Valentinianum Jun. Nummus ſpectat. *Bandur.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGG. ⎧TR. P. OB. Γ. Duæ Figuræ Impp. ſedentes, in quarum medio Victoria.
✳ ⎩S. M T. E. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 17.

Ar. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ ⎧LUG. P. S. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 17.
VICTORIA AUGG. ⎩TR. OB. Duæ Figuræ ſedentes, in quarum medio Victoria.

Æ. VALENTINIANUS P. F. AUG.
GLORIA ROMANORUM ANT. E. ✳ ⎧Figura Militaris inſiſtens Navi.
(*) ⎩✠ Γ. Imp. Militari habitu Galeatus Navi inſtans, dextra protenſa, ad Navis Proram Victoria Temonem gubernat. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 17.
In memoriam tranſitus Rheni ab Augg. cum Exercitu facti hoc Anno cuſus Nummus cum anni quinti (ſive E.) nota.

VALENTINIANUS TR. P. V. VI. COS. II.

A.U.C. 1122. *Chriſti* 369.

COSS. (1) *Jul. Fel. Valentinianus Nob. P. Occid. Sex. Aurel. Victor. Orient.*

Ad tutandas Gallias à Barbaris, Rhenum à Rhetiis ad Oceanum munit. Nicrique Amnis curſum divertit Valentinianus.

Ar. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM TR. P. S. Figura ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
✳ VIRTUS EXERCITUS TR. P. S. Figura Paludata ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Clypeum. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 17.

Æ. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput Imperiali Diademate cinctum, erectis ut videtur pennis cum Haſta in humeris.
✳ GLORIA ROMANORUM ✠ D. N. VES. Figura in Navi, & à tergo Victoria Navim gubernans. *Num. Faeſch.*
. . . .
✳ VIRTUS EXERCITI. Imp. ſtans Labarum tenens, & Captivum calcans. *Patin. Ind. f.* 14

VALENTINIANUS TR. P. VI. VII. COS. III.

A.U.C. 1123. *Chriſti* 370.

COSS. Valentinianus Aug. III. Occid. Valens Aug. III. Orient.

Saxones in Gallia irrumpentes repellit Valentinianus.

Æ. VALENTINIANUS P. F. AUG.
SALUS REIPUBLICÆ. Victoria dextra ſpolia ſuper humerum, ſiniſtra Puerum tenens.
D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ SECURITAS REIPUBLICAE QUARTA. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *M. N.*
✳ SALUS REIPUBLICAE CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 17.

VALENTINIANUS TR. P. VII. VIII. COS. III.

A.U.C. 1124. *Chriſti* 371.

COSS. Gratianus Aug. II. Sex. Anicius Petronius Probus. Ambo Occid.

Æ. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
GLORIA ROMANORUM.
✳ S. M. A. Q. S. Imp. gradiens, dextra Captivum comprimens in genua provolutum, ſiniſtra Labarum, cum Chriſti Monogrammate. *M. N.*
✳ K. P. SIS. Eodem Typo. *Patin. Ind. f.* 34.
✳ I. S. P. S. M. SIS. C. Eodem Typo. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 17.
✳ R. SIS. C. S. TR. A Figura Militaris, dextra Captivum crinibus trahens. *Num. Faeſch.*
✳ L. L. C. S. F. II. Eodem Typo. *Ibidem.*
✳ S. M. A. O. P. Eodem Typo. *Ibidem.*

VALENTINIANUS TR. P. VIII. IX. COS. III.

A.U.C. 1125. *Chriſti* 372.

COSS. Domitius Modeſtus Occid. Arintheus Orient. (2)

Æ. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ CONCORDIA ROMANORUM SIS. Figura ſedens, dextra Globum. *Ind. Pellegrini Aſcanii.*

VALENTINIANUS TR. P. IX. X. COS. IV.

A.U.C. 1126. *Chriſti* 373.

COSS. Valentinianus Aug. IV. Occid. Valens Aug. IV. Orient.

Valentinianus Rheno Ponte impoſito, per 70. millia paſſuum Barbaricum Alemannorum ſolum incendit. Bellum cum Sarmatis geſtum, quos Theodoſius Filius reprimit. Firmus Mauritaniæ Regulus deficit, & à Theodoſio Patre Pacem petere cogit.

Æ. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG. Buſtum Corona Gemmata, dextra Lauream, ſiniſtra Scutum, in quo Monogramma Chriſti, *in alio* Laur.
✳ TRIUMPHATOR GENT. BARBAR. R. P. Imp. Paludatus gradiens, dextra Labarum, in quo Chriſti

(*) Q. T. ESA. Eodem Typo. *Auſt. Fil.*
(1) Valentinianus Nob. Puer hoc anno COS. Filius Valentis Imper. & Dominicæ, natus 25. Feb. anno Chr. 366. ut habet Pagi. Malè vocatur Julius Felix à Panvino. Vide *Relandum*. (2) Pagi facit hos COSS. Orient.

Chriſti Monogramma, ſiniſtra Globum, ad pedes Captivus ſedens. *Strada f.* 195.
✳ VICTORIA AUGG. CON. OB. Victoria alata ſtans, dextra Crucem. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 17.
D. N. FL. VALENTINIANUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGG. CON. OB. R. V. Figura ſtans, dextra Crucem, ſiniſtra Victoriolam.

VALENTINIANUS TR. P. X. XI. COS. IV.

COSS. Gratianus Aug. III. (1) *Equitius. Occident. Ambo.* *A.U.C.* 1127. *Chriſti* 374.

Pax cum Macriano Alemanniæ Rege à Valentiniano, in ripis Rheni conſtituta. Apparatus bellici in Sarmatas. Vot. X. ſoluta, & XX. nuncupata.

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
(2) CONCORDIA AUGGG. O. MD. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum, in quo VOT. X. MULT. XV. *M. N.*
VOT. X. MULT. XX. In Corona, & infra CONS.
Ar. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ VOT. X. MULT. XX. In Laurea. *Conſtantin. Chriſtiano Tab.* 17.
Æ. D. N. FL. VALENTINIANUS P. F. AUG.
VOTIS X. MULT. XX. CON. OB. Figura ſtans, ſiniſtra Crucem.
D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ VICTORIA AUG. R. P. Victoria gradiens Clypeum ambabus manibus ſuſtinens, in quo VOT. X. MULT. XX. *Conſtantin. Chriſt. Tab.* 17.
. . . .
✳ VOT. X. MULT. XX. In Laurea. *Patin. Ind. f.* 34.

VALENTINIANUS TR. P. XI. XII. COS. IV.

I. Poſt Conſ. Gratiani Aug. III. & Equitii. *A.U.C.* 1128. *Chriſti* 375.

In Sarmatas movet, Quadorum regionem depopulatur, & Pacem per Legatos petere cogit, quos Valentinianus audiens ira ardet, ex qua moritur A. D. XIV. Kal. Decembris. Ex Socrate.

Aur. D. N. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ IMP. XXXII. COS. XVII. P. P. CON. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Globum cum Cruce, ſiniſtra Haſtam. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 17.
XVII. Conſulatum Valentiniani in Nummo ſignari, Monſtrum eſt, nam re vera quatuor tantum vicibus Conſul proceſſit, & niſi Illuſtriſſimus, Eruditiſſimuſque Dominus du Cange Nummum in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana proferret, omnino incredibilis mihi viſa foret hujus Nummi epigraphe. Hercules aliquis Gallicus Monſtrum hoc vincat, quod mihi certè perſuaſum eſt Monetarii errore natum.

S E V E R A.

Prima Valentiniani Uxor, ex qua Gratianum Aug. genuit.

VAL. SEVERA AUG.

J U S T I N A.

Secunda Valentiniani Uxor, ex qua Valentiniauum Juniorem Aug. genuit.

DIVA JUSTINA.
Vir nudus ſedens ſub Arbore, Pateram tenens, ad ejus pedes ſpolia cum Caduceo alato, à tergo Harpya.
FL. JUSTINA AUGG. *Goltzius.*

181



181

F L. V A L E N S

VAlentiniani Frater, ab eo Collega Imperii, & Auguſtus deſignatus. Bella geſſit in Oriente, Procopium vicit, & occidit Catholicus primùm, mox Conjugis ſuaſu Arrianus. Contra Scythas, & Gothos pugnans ferociùs, quàm cautiùs, in fuga vulneratus, atque in vile tugurium deportatus, circa Hadrianopolim, igne à Gothis injecto, flamma abſumptus eſt, anno ætatis 50. Imperavit cum Fratre annis XI. Gratiano, ac Valentiniano Nepotibus 4.

(1) Fl. Equitius legunt *Panvin.* & *Tillemont.* C. Æquitius Valens habet *Roland.*
(2) Nummus ad Valentin. jun. ſpectat ex *Bandur.*

FL. JUL. VALENS VALENTINIANI AUG. *Frater ab eodem* AUG. *dicitur* TR. P. *conceſſa*, *A. D. V. Kal. Aprilis*. Ex Idatio.

A.U.C. 1117. *Chriſti* 364. *COSS. Jovianus Aug. Varronianus Nob. Puer. Orient. Ambo.*

Orientis Imperium Valenti à Fratre deſertur.

Aur. D. N. VALENS P. F. AUG.

RESTITUTOR REIPUBLICAE D. C.
- CON. OB. Figura Militaris, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria.
- R. B. Ω. Eodem Typo.
- H. SIPN. Eodem Typo.
- ANT. O. Eodem Typo. *Num. Arſcot. Tab. 67. n. 23.*

RESTITUTOR REIPUBLICAE CONS. Figura Stolata ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam Globo inſiſtentem.

Ar. D. N. VALENS P. F. AUG.

RESTITUTORI REIP.
- * CONST. OF. II. Figura Stolata ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam Globo inſiſtentem.
- * P. LUG. Eodem Typo. *Ibidem*.

URBS ROMA TR. P. S. Roma Galeata ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.

RESTITUTOR REIPUBLICAE D.C.
- CON. OB. Figura dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam.
- H. SPIN. Eodem Typo.

Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.

SECURITAS REIPUBLICAE.
- R. H. R. T. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.
- * S. A. M. Q. P. ad latus *. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
- S. M. R. Q. Eodem Typo. *Ibidem*.
- * P. CONS. Eodem Typo. *Ibidem*.
- * A. SIS. . . CAS. Eodem Typo. *M. N.*
- * A. SIS. C. L. A. H. F. Eodem Typo. *Num. Faſch.*

VOT. V.
VOTIS O. V. B. MULTIS X. Cons.

D. N. VALENS P. F. AUG. Buſtum Radiatum, dextra elata, ſiniſtra Globum.

* FELICIT. PRAEPARATIO. Miles ſiniſtra Scutum, dextra Jaculum, quo Equum ſternit, ut & genu dextro Taurum. *Strada f. 196.*

* VOT. V. MULTIS X. *Reverendiſſimus Noris Diſert. 1. f. 54.*
* RESTITUTOR REIPUBLICAE. Imp. ſtans. *Patin. Ind. f. 34.*
* VIRTUS EXERCITI. Victoria coronans Imperatorem. *Ibidem*. (*)

VALENS TR. P. I. II. COS.

A.U.C. 1118. *Chriſti* 365. *COSS. Fl. Valentinianus Aug. Occid. Fl. Valens Aug. Orient.*

Procopius Conſtantinopoli à Valente rebellat.

Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
SECURITAS REIPUBLICÆ S. M. N. B. Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.

VALENS TR. P. II. III. COS.

A.U.C. 1119. *Chriſti* 366. *COSS. Fl. Gratianus Nob. Puer. Fl. Dagalaiphus. Ambo Occid.*

Procopium Tyrannum vincit, & occidit Valens A. D. VI. Kal. Jul. (1)

Aur. D. N. VALENS P. F. AUG.
RESTITUTOR REIPUBLICAE ANT. B. ✠. Figura Paludata ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Conſtan. Chriſtiana Tab. 17.*

Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
* SECURITAS REIPUBLICAE CON. OF. II. Victoria, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtantin. Chriſtiana Tab. 17.*

(2) VICTORIA AUGG.
- TR. OBS. Duæ Victoriæ ſedentes, in quarum medio Victoria alata.
- SIS. C. Eodem Typo.
- * A. SIS. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſt. Tab. 17.*
- * TR. OB. T. Eodem Typo. *Ibidem Tab. 18.*

VALENS TR. P. III. IV. COS.

A.U.C. 1120. *Chriſti* 367. *COSS. Fl. Lupicinus. Orient. Fl. Jovinus. Occid.*

In Mœſiam proficiſcitur Valens, contra Gothos pugnaturus, nulliſque inventis Hoſtibus recedit, Arintheo ad prædas agendas miſſo.

Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
SECURITAS REIPUBLICAE SECUNDA. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.

VA-

(*) Cum Labaro & Victoriola ANTP. *Auctoris Fil.*
(1) Vide notam 2. pag. 503.
(2) Nummos in quibus VICTORIA AUGG. SISC. omnes eſſe aureos putat. *Bandur.*

VALENS TR. P. IV. V. COS. II.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. II. Occid. Fl. Valens Aug. II. Orient. — *A.U.C.* 1121. *Chriſti* 368.

Valens iterum in Mœſiam tranſit contra Gothos pugnaturus, ſed vado Danubii non invento Marcianopoli in Hyberna recedit.

Ar. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ SALUS REIPUBLICAE S. CON. Quatuor Labara erecta. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 17.

VALENS TR. P. V. VI. COS. II.

(1) *COSS. Jul. Fel. Valentinianus Nob. Puer. Sex Aurel. Victor.* — *A.U.C.* 1122. *Chriſti* 369.

Valens Gothos facto Ponte apud Noviodunum invadit, prœliatur, vincit, & Pacemque petentibus donat.

Aur. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ VICTORIA AUGGG. *Num. Fæſch.*
Ar. D. N. VALENS P. F. AUG.
VIRTUS EXERCITUS TR. P. S.
⁎ GLORIA ROMANORUM OB. SIS. C. Imp. Paludatus, dextra Captivum ſternit, ſiniſtra Labarum, in quo Chriſti Monogramma. *Hulſius.*
Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ SECURITAS REIPUBLICAE R. TERTIA. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *M. N.*

GLORIA ROMANORUM.
- L. V. C. V. S. Miles Captivum ſupplantans.
- ⁎ S. M. R. P. Eodem Typo. *M. N.*
- ⁎ R. S. I. S. C. Eodem Typo. *Num. Fæſch.*
- ⁎ T. M. A. Q. S. Eodem Typo. *Ibidem.*

VALENS TR. P. VI. VII. COS. III.

COSS. Valentinianus Aug. III. Occid. Valens Aug. II. Orient. — *A.U.C.* 1123. *Chriſti* 370.

VALENS TR. P. VII. VIII. COS. III.

COSS. Gratianus Aug. II. Sex. Anicius Petronius Probus. Ambo Occid. — *A.U.C.* 1124. *Chriſti* 371.

Aur. D. N. VALENS PERP. AUG.
RESTITUTOR REIPUBLICAE ANT. II. Figura Militaris, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam.

VALENS TR. P. VIII. IX. COS. III.

COSS. Domitius Modeſtus. Occid. Arintheus. Orient. (2) — *A.U.C.* 1125. *Chriſti* 372.

VALENS TR. P. IX. X. COS. IV.

COSS. Valentinianus Aug. IV. Occid. Valens Aug. IV. Orient. — *A.U.C.* 1126. *Chriſti* 373.

VALENS TR. P. X. XI. COS. IV.

(3) *COSS. Gratianus Aug. III. Equitius. Occid. Ambo.* — *A.U.C.* 1127. *Chriſti* 374.

Vota X. ſoluta, & XX. nuncupata. Valens Perſis occurſurus Antiochiæ moratur.

Aur. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ VICTORIA AUGUSTORUM S. M R. P. Victoria inſidens ſpoliis, dextra Scuto inſcribens VOT. X. ad pedes Puer alatus, qui Scutum tenet. *Conſtant. Chriſt. Tab.* 17. (*)
Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
VOT. X. MULT. XX. ANT.
VOT. X. MULT. XX. SISCP.

VALENS TR. P. XI. XII. COS. IV.

I. Poſt Cons. Gratiani Aug. III. & Equitii.

Valentinianus Aug. moritur. — *A.U.C.* 1128. *Chriſti* 375.

VALENS TR. P. XII. XIII. COS. V.

COSS. Valens Aug. V. Orient. Valentinianus Jun. Aug. Occid. — *A.U.C.* 1129. *Chriſti* 376.

Gothi ab Hunnis pulſi, Danubium permittente Valente tranſeunt, & in Romanas Provincias accepti eaſdem invadunt.

VALENS TR. P. XIII. XIV. COS. V.

(4) *COSS. Gratianus Aug. IV. Valentinianus Jun. II.* — *A.U.C.* 1130. *Chriſti* 377.

Gothi

(2) Vide notam 1. pag. 504. (2) Vide notam 2. pag. 504. (3) Vide notam 1. pag. 505.
(*) D. N. VALENS P. F. AUG. Caput Valentiniani.
* VOT. X. MULT. XX. in Corona SISCP. infra. *Auctoris Fil.*
(4) COSS. Fl. Gratianus Aug. IV. Fl. Merobaudes. *Pagi. Panvin. Reland.* & *Tillemont.* & Ambo Occid. ut infra pag. 510. legit Auth. noſter.

Gothi ultra Æmi Montem compulſi, obſidentur, pugnatur, dubio Marte, iterum inter anguſtias rediguntur, ſed Alannorum metu liberantur.

Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ GLORIA ROMANORUM R. QUARTA. Miles Captivum ſupplantans. *Num. Faſch.* (*)

VALENS TR. P. XIV. XV. COS. VI.

A.U.C.1131.
Chriſti 378.

COSS. Fl. Valens Aug. VI. Orient. Fl. Valentinianus Jun. Aug. II. Occid.

Valens cum Gothis confligit, circa Nicem vincitur, & in Tugurium fugiens vivus ab iiſdem exuritur IX. Auguſti.

Ar. D. N. VALENS P. F. AUG.
⁎ VOTIS XV. MULTIS XX. In Laurea, infra SIS. C. P. Z. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 17.
Æ. D. N. VALENS P. F. AUG.
VOT. XXX. MULT. XXXX. C. III.

DOMINICA.

VAlente Imp. Marito à Weſtgotthis cæſo, hoſtes Conſtantinopolim obſidentes prudentia ſua ſuſtinuit, & Saracenorum à Mavia miſſorum auxilio propulſavit, Cives & precibus, & auro confirmavit.

ÆLIA DOMINICA AUG. *Goltzius.*

182



182

PROCOPIUS.

PROCOPIUS *contra Valentem Tyrannus exurgit, & Conſtantinopoli* AUG. *dicitur A.* D. *IV.* *Kal. Octob.*

A.U.C.1118.
Chriſti 365.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. Occid. Fl. Valens Aug. Orient.

Ar. D. N. PROCDPIUS P. F. AUG.
VOT. V. { C. A. In Corona.
⁎ { C. Γ. In Corona Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.

(1) *Procopius Tyrannus à Valente opprimitur VI. Kal. Junias in Phrigia Salutari apud Nicoliam.*

A.U.C.1119.
Chriſti 366.

COSS. Fl. Gratianus Nob. Puer. Fl. Dagalaiphus. Ambo Occid.

183



183

FL. GRATIANUS

VAlentiniani ex Severa F. Sirmii natus, literis bene inſtitutus, Princeps religioſus, & pius: Patruo Valente defuncto, Aſiæ, Libyæque Regna ſuſcipit. Treveris Valentinianum Juniorem Fratrem Cæſarem, & participem Imperii declarat. Admodum juvenis Alemannorum triginta millia in Gallias irrumpentium circa Argentoratum fudit. Theodoſium contra Gothos in Thraciam miſit, & re feliciter geſta, Imperii Conſortem fecit, tradito Oriente cum Imperio Thraciæ Dum otioſus agit, Exercitum ſuum negligens, & Alannos fovens, MAXIMI inſidiis (qui ab Exercitu Imp. factus) circumventus periit, cùm imperaſſet annos 16. cum Patre 9. cum Patruo 3. cum Theodoſio 5.

FL.

(*) * OF. T. CON. eodem Typo. *Auctoris Fil.*
(1) Vide notam 1. pag. 503.

FL. GRATIANUS NOB. PUER *à Patre Conſul fit A.U.C.* 1119., *& anno ſequenti ab eodem* AUG. *dicitur* TR. P. *conceſſo A. D. IX. Kal. Septembris.*

COSS. Fl. Lupicinus. Orient. Fl. Jovinus. Occid. — *A.U.C.* 1120. *Chriſti* 367

Ar. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
CONCORDIA AUGGG. S. N. A. B. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum.
CON. OB. Eodem Typo.
URBS ROMA A. Q. P. S. Roma inſidens Trophæo, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
REPARATIO REIP. CON. *Plures diverſi.*

* REPARATIO REIPUB.
* S. M. A. Q. S. Imp. ſtans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra tenet Globum cum Victoria, à qua coronatur. *Num. Fæſch.*
* S. M. R. Eodem Typo. *M. N.*
* A. SIS. C. Eodem Typo. *M. N.*
S. M. A. Eodem Typo. *M. N.*
* P. CON. Eodem Typo. *M. N.*
* LUG. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
* A. L. VIS., ad lat. S. Figura dextram Regem tenens proſtratum, ſiniſtra Victoriolam. *Num. Fæſch.*
* P. CON. Eodem Typo. *Ibidem.*

* URBS ROMA. RO. Roma Galeata ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *Conſt. Chriſt. Tab.* 18.

GRATIANUS TR. P. I. II. COS.

COSS. Fl. Valentinianus Aug. II. Occid. Fl. Valens Aug. II. Orient. — *A.U.C.* 1121. *Chriſti* 368.

Gratianus Patrem in Germaniam ſequitur, & Rheno ſuperato Alamannos contundit prope Solicinum.

Ar. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
* RESTITUTOR REIPUBLICAE S. M. R. B. Imp. ſtans, dextra Labarum cum Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Globum cum Victoria, ad pedes Aquila roſtro Lauream tenens. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
VIRTUS ROMANORUM. A. Q. P. S. Roma galeata ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Jaculum.
TR. P. S. Eodem Typo.

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
* REPARATIO REIPUB. B. SIS. Figura dextra Regem tenens proſtratum, ſiniſtra Victoriolam. *Ind. Pellegrini Aſcanii.*
T. S. M. N. B. Eodem Typo. *Num. Fæſch.*

GRATIANUS TR. P. II. III. COS.

COSS. (1) *Valentinianus Nob. Puer. Occid. Sex. Aurel. Victor. Orient.* — *A.U.C.* 1122. *Chriſti* 369.

GRATIANUS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Valentinianus Aug. III. Occid. Valens Aug. III. Orient. — *A.U.C.* 1123. *Chriſti* 370.

Saxones in Galliis irrumpentes, cum Patre Valentiniano repellit Gratianus.

Ar. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
* VIRTUS EXERCITUS TR. P. S. Figura Militaris ſtans, ſiniſtra Labarum cum Chriſti Monogrammate, dextra Scutum. *Ex Conſt. Chriſtiana Tab.* 18. *reſt.*

GRATIANUS TR. P. IV. V. COS. II.

COSS. Gratianus Aug. II. Sex. Anicius Petronius Probus. Ambo Occid. — *A.U.C.* 1124. *Chriſti* 371.

GRATIANUS TR. P. V. VI. COS. II.

COSS. Domitius Modeſtus. Occid. Arintheus. Orient. — *A.U.C.* 1125. *Chriſti* 372.

GRATIANUS TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. Valentinianus Aug. IV. Occid. Valens Aug. IV. Orient. — *A.U.C.* 1126. *Chriſti* 373.

Rhenum cum Patre tranſit Alamanniam populatur, per 70. millia paſſuum Regionem incendens.

Aur. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGG. *
TR. OBS.
MD. OB.
TR. OB. T. Duæ Figuræ ſedentes, in quarum medio Victoria alata Lauream imponens utriſque. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
TRO. D. T. Eodem Typo.
TRO. D. C. Eodem Typo.

Ar. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
VICTORIA AUG. TR. OBS.
* MD. OBS.

(1) Auth. noſter non vocat hunc Conſulem, uti ſupra pag. 504. & ſub hoc anno, ubi ſcripſit *Jul. Felix*. Vide notam 1. pag. dicta.

GRATIANUS TR. P. VII. VIII. COS. III.

A.U.C. 1127. *Chriſti* 374. *COSS. Gratianus Aug. III.* (1) *Equitius. Occid. Ambo.*

GRATIANUS TR. P. VIII. IX. COS. III.

A.U.C. 1128. *Chriſti* 375. *I. Poſt CONS. Gratiani Aug. III. & Equitii.*

Valentinianus Aug. moritur, ab Exercitibus Valentinianus Jun. AUG. *dicitur, cui Gratianus Frater Italiam, Africam, & Illyricum concedit.*

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
✳ CONCORDIA AUGG. S. M. A. Q. Figura Galeata ſedens, dextra Pomum, ſiniſtra Haſtam. *M. N*
✳ CONCORDIA AUGGG. O. CON. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.

GRATIANUS TR. P. IX. X. COS. III.

A.U.C. 1129. *Chriſti* 376. *COSS. Valens Aug. V. Orient. Valentinianus Jun. Aug. Occid.*

Aur. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
✳ VOT. X. MULT. XX. In Laurea, infra SIS. C. P. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.

Æ. D. N. GRATIANUS AUGG. AUG.
VOT. X. MULT. XX. ✳ { ANT. A. In Laurea.
S. M. K. Eodem Typo. }
XX. In Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
Quam ſuperbum Gratiano titulum tribuat hic Nummus ex eodem patet; cum enim appellat AUGUSTORUM AUGUSTUM, *nihil meo judicio ſuperiùs excogitari potuit, innuit enim eundem inter alios* AUGUSTOS VALENTEM, *ſcilicet* PATRUUM, *&* VALENTINIANUM JUN. FRATREM *tantùm eminere, Quantùm lenta ſolent inter virgulta Cupreſſi.*

GRATIANUS TR. P. X. XI. COS. IIII.

A.U.C. 1130. *COSS. Gratianus Aug. IV. Fl. Merobaudes. Ambo Occid.*

Chriſti 377. *Gratianus Frigeridum, & Richomerem Duces contra Gothos in Valentis Patrui auxilium mittit, qui cum Gothis æquo Marte pugnant, mox eos obſident, ſed Alamnorum metu obſidione liberant. Lentienſes fœdere violato Romanam in Galliis vaſtant Provinciam.*

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.

SECURITAS REIPUBLICAE.
- Victoria ſtans, dextra Lauream.
- ✳ S. M. R. P. Eodem Typo. *M. N.*
- ✳ OF. IS. P. Eodem Typo. *M. N.*
- ✳ N. T. ER. T. IA. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
- ✳ CUS. D. P. F. I. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ S. M. A. Q. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
- ✳ A. E. S. Eodem Typo. *Ind. Pellegr. Aſcanii.*

GRATIANUS TR. P. XI. XII. COS. IV.

A.U.C. 1131. *Chriſti* 378. *COSS. Valens Aug. VI. Orient. Valentinianus Aug. II. Occid.*

Gratianus ex Gallia in Thraciam cum Exercitu proficiſcitur contra Gothos pugnaturus, Valens cum Gothis pugnans occiditur. Gratianus Orientale Imperium ſuſcipit. Theodoſium ex Hiſpania accerſit.

Aur. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
✳ GLORIA ROMANORUM TR. OBS. Duæ Figuræ ſedentes, altera Imperatoris Paludati, dextra Globum, cui inſiſtit Victoria cum Laurea, læva Spiculum, altera muliebris cum Corona murali, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Cornucopiæ tenens pedibus Roſtro Navis inſiſtens. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 18.

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.

GLORIA ROMANORUM.
- S. M. K. A. Figura dextra Captivum premens, ſiniſtra Labarum cum Chriſti Monagrammate.
- ✳ C. M. A. Eodem Typo. *Num. Faſch.*
- ✳ OF. ARS. Eodem Typo. *Ibidem.* (*)
- ✳ I. B. SIS. C. D. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ A SIS. C. M. B. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ O. Γ. M. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ A. SIS. C. F. Eodem Typo. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 18.
- ✳ S. M. TR. Imp. ſtans, ſiniſtra Labarum, in quo Crux, dextra Captivum premens. *Oyſel. Tab.* 67. *n.* 9.
- ✳ S. CON. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Scutum. *Num. Faſch.*
- ✳ X. CON. X. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ SIS. C. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ S. M. A. C. Eodem Typo. *Ibidem.*
- ✳ TR. P. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtant. Chriſtiana Tab.* 18. (**)

GRA-

(1) Vide notam 1. pag. 505.
(*) ✳ MP. ASISC. Eodem Typo. *Auct. Fil.*
(**) ✳ CON. B. Imperator in Navi. *Auctoris Fil.*

GRATIANUS TR. P. XII. XIII. COS. IV.

COSS. Decimus Magnus Auſonius. Q. Clod. Hermogenianus Olybrius. Occid. Ambo. *A.U.C.1132. Chriſti 379.*

Fl. Theodoſius AUG. *dicitur à Gratiano, eidemque Orientale Imperium committitur* (1)

GRATIANUS TR. P. XIII. XIV. COS. V.

COSS. Gratianus Aug. V. Occid. Theodoſius Aug. Orient. *A.U.C.1133. Chriſti 380.*

Theodoſius ægrotat, hinc Gothi Pannoniam, & Macedoniam populantur, contra quos Gratianus Baudonem, Arbogaſtem, & Vitalianum mittit, qui Gothos relicta præda in Thraciam ſe recipere compellunt, & Fœdus Gratiani nomine cum iiſdem percutiunt.

Æ. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
⁂ SALUS . . . . ☧ CONST. Figura ſedens. *M. N.*
⁂ VIRTUS ROMANORUM S.M. . . . . . Roma ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *M.N.* (*)
⁂ VICTORIA AUGG. A. Q. P. S. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.

GRATIANUS TR. P. XIV. XV. COS. V.

COSS. Fl. Syagrius Occid. Fl. Eucherius. Orient. (2) *A.U.C.1134. Chriſti 381.*

Aur. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
VOT XV. MULT. XX. SIS. C. P. S. In Corona Quercea.
Ar. D. N. GRATIANUS P. F. AUG.
VOT. XV. MULT. XX. { SIS. C. P. S. In Corona Quercea.
⁂ SIS. C. C. P. C. Z. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 18. }

GRATIANUS TR. P. XV. XVI. COS. V.

COSS. Antonius. Afran. Syagrius. Occid. Ambo. *A.U.C.1135. Chriſti 382.*

Æ. D. N. GRATIANUS AUGG. AUG.
GLORIA NOVI SAECULI. { T. CON. *ad latus* M. Figura Militaris ſtans, dextra Chriſti Monogramma ſuſtollens, Scutum ſiniſtra tenens.
⁂ N. CON. Eodem Typo. *M. N.*
⁂ OF. II. T. CON. Eodem Typo. *Oyſel. Tab.* 67. *n.* 4. }
D. N. GRATIANUS P. F AUG.
⁂ GLORIA NOVI SAECULI T. CON. A. Ut ſuperiori Typo. *Hulſius.*

GRATIANUS TR. P. XVI. XVII. COS. V.

COSS. Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus. Orient. *A.U.C.1136. Chriſti 383.*

Magnus Maximus in Britannia AUG. *dictus, in Gallias tranſit, Gratianumque fugientem Lugduni per Andragatium baſta interfici jubet A. D. VIII. Kal, Septembris.*

FL. MAXIMA CONSTANTIA.

Conſtantii Aug. Filia Poſtuma Gratiani dilectiſſima Uxor.

FL. MAX. CONSTANTIA AUG. *Goltzius.*

184



184

FL. JUL. FELIX VALENTINIANUS JUNIOR

Valentiniani Imp. ex Juſtina Filius, Frater Gratiani, ex priore Conjuge Severa, à quo poſt Patris obitum conſors Imperii factus, & in Italiam miſſus. Cùm Frater dolo Maximi occubuiſſet, in Illyricum confugit: Inde Theſſalonicam, ubi à Theodoſio inviſitur, & in Italiam cum Claſſe mittitur. Ex Italia in Gallias profectus, dum Viennæ Allobrogum negligentiùs moraretur, fraude Arbogaſti Alannorum Præfecti nocte in cubiculo ſtrangulatus obiit. Vixit annos 26. imperavit annos 17. Obiit anno U. C. 1145. Chriſti 392. Idib. Maji, *Arcadio Aug. II. & Fl. Ruffino Coſ.* Ejus cadaver à ſororibus mercede redemptum, ac Mediolanum ut ſepulturæ mandaretur, tranſlatum.

FL.

(1) Dicitur Aug. 19. Januarii.
(*) ⁂ ANT. A. Eodem Typo. *Auſt. Fil.*
(2) *Panvin.* Eucherium COS. Occid. facit, cum eum Orient. fuiſſe probat *Pagi* ex Valeſio.

FL. JUL. FELIX VALENTINIANUS JUNIOR *Valentiniani Aug. Filius ex* JUSTINA, *mortuo Patre, ab Exercitibus* AUG. *dicitur, & à* GRATIANO *Fratre* TR. P. *cum Italiæ, Africæ, & Illyrici Imperio accipit A. D. X. Kal. Decembris.*

A.U.C.1128. Chriſti 375.

I. Poſt Cons. Gratiani Aug. III. Et Equitii.

Aur. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.

URBS ROMA. { A. Q. P. S. Roma inſidens ſpoliis, ſiniſtra Haſtile, dextra Globum, ſupra quod Victoria Romam coronans.
✳ LUG. P. S. Eodem Typo. *Hulſius.* }

Æ. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.

RESTITUTOR REIP. { TR. OBS. Figura ſtans, dextra Labarum tenens, ſiniſtra expanſa.
Imp. ſtans Paludatus, dextra Labarum, ſiniſtra Globum, ſupra quod Victoria Imperatori Lauream imponit. }

✳ RESTITUTOR REIPUBLICAE TR. OBS. Imperator ſtans, ſiniſtra Haſtam, dextram porrigit Figuræ capite Turrito ſtanti. *Conſt. Chriſt. Tab.* 18.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. I. II. COS.

A.U.C.1129. Chriſti 376.

COSS. Valens Aug. V. Orient. Valentinianus Jun. Occid.

Ar. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
URBS ROMA ANT. B. Roma inſidens ſpoliis, ſiniſtra Haſtile, dextra Victoriolam Globo inſiſtentem, à qua coronatur. (*)

VALENTINIANUS JUN. TR. P. II. III. COS.

A.U.C.1130. Chriſti 377.

COSS. Gratianus Aug. IV. Fl. Merobaudes. Ambo Occid.

Aur. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.

VICTORIA AUGGG. { A. Q. OB. F. Duæ Figuræ tenentes Globum, in quarum medio Victoria.
TR. OB. F. Eodem Typo.
✳ TR. OB. C. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 18. }

Fortè Victoriam à Gratiano per Duces reportatam ex Gothis hoc anno, exprimit Nummus.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. III. IV. COS. II.

A.U.C.1131. Chriſti 378.

COSS. Valens Aug. VI. Orient. Valentinianus Jun. Aug. II. Occid.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. IV. V. COS. II.

A.U.C.1132. Chriſti 379.

COSS. Decimus Magnus Auſonius. Q. Clod. Hermogenianus Olybrius. Ambo Occid.

Valentinianus Aquilejam cum Juſtina Matre venit. Theodoſius AUG. *dicitur.*

Aur. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
CONCORDIA AUGGG. CON. OB.
URBS ROMA A. O. P. E. Roma inſidens ſpoliis, dextra Haſtile, ſiniſtra Victoriolam cum Globo.

Æ. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
✳ CONCORDIA AUGGG. S. T. I. A. O. Figura ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam. *M.N.*

VALENTINIANUS JUN. TR. P. V. VI. COS. II.

A.U.C.1133. Chriſti 380.

COSS. Gratianus Aug. V. Occid. Theodoſius Aug. Orient.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. VI. VII. COS. II.

A.U.C.1134. Chriſti 381.

COSS. Fl. Syagrius. Occid. Fl. Eucherius. Orien.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. VII. VIII. COS. II.

A.U.C.1135. Chriſti 382.

COSS. Antonius. Afran. Syagrius. Ambo Occid.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. VIII. IX. COS. II.

A.U.C.1136. Chriſti 383.

COSS. Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus. Orient. (1)

MAGN. MAXIMUS *in Britannia Imperium arripit, & Gratianum Aug. in Galliis occidit.* (2)
Valentinianus Jun. D. Ambroſium mittit ad Maximum legatum de pace.

VALENTIANUS JUN. TR. P. IX. X. COS. II.

A.U.C.1137. Chriſti 384.

COSS. Fl. Clearchus Orient. Fl. Ricimer. Occid.

Valentinianus Jun. per D. Ambroſium à Maximo Cadaver Gratiani Fratris petit, & non obtinet.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. X. XI. COS. II.

A.U.C.1138. Chriſti 385.

COSS. Fl. Arcadius Aug. Orient. Fl. Bauto. Occid.

VA-

(*) * A Q P S. Eodem Typo. *Auct. Fil.*
(1) His Coſs. Arcadius à Theodoſio Patre levatus eſt Aug. XIV. Kal. Feb.
(2) Gratianus occiditur VIII. Kal. Septemb.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XI. XII. COS. II.

COSS. Fl. Honorius Theod. Aug. F. Nob. Puer. Orient. Fl. Evodius. Occid. *A.U.C.1139. Chriſti 386.*

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XII. XIII. COS. III.

COSS. Valentinianus Jun. III. Occid. Fl. Eutropius. Orient. *A.U.C.1140. Chriſti 387.*

Magn. Maximus invadit Italiam, & Valentinianum, qui cum Matre Theſſalonica fugit.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XIII. XIV. COS. III.

COSS. Theodoſius Aug. II. Occid. Cynegius. Orient. *A.U.C.1141. Chriſti 388.*

Theodoſius Theſſalonicæ Valentinian. Jun. inviſit. Gallam ejus Sororem Uxorem ducit, eumque cum Claſſe in Italiam mittit. Mox cum Maximo in Pannonia confligit, vincit, capit, & obtruncat. (1)
Valentinianus per Arbogaſtem Victorem Cæſarem Maximi Filium delet.

Æ. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG. Buſtum Galeatum, dextra Jaculum, ſiniſtra Globum.
⁎ VICTORIA ROMANORUM. Navis inter fluctus, in qua Victoria Temonem tenens, & Imp. habitu Militaris gradiens. *Strada fol.* 200.
⁎ GLORIA ROMANORUM. { Triremis, in qua Imp. ſtat, dextra elata, ſiniſtra Parazonium, in Puppi Victoria alata. *Num. Arſcot. Tab.* 18. *n.* 4.
⁎ P. SIS. Imp. Labarum tenens, captivum rapiens. *Patin. Ind. fol.* 34. }
Fortè adventum in Italiam Valentiniani Jun. & Juſtinæ Matris à Theſſalonica ſolventium cum claſſe Theodoſii, exprimunt Nummi.

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XIV. XV. COS. III.

COSS. Fl. Timaſius. Orient. Fl. Promotus. Occid. *A.U.C.1142. Chriſti 389.*

Valentinianus Jun. per Argobaſtem Ducem Francos retundit.

Aur. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
VICTORIA AUGG. { A. Q. OB. F. Duæ Figuræ tenentes Globum, in medio Victoria.
TR. OB. F. Eodem Typo.
⁎ TR. OB. C. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18. (*) }
Ar. D. N. VALETINIANUS JUN. P. F. AUG.
(2) VICTORIA AUGG. TR. P. S. ⁎ { Victoria gradiens.
Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18. }
Æ. D. N. VALENTINIANUS JUN. P. F. AUG.
⁎ SECURITAS REIPUBLICAE S. M. R. Q. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam, ad latus Stella. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
REPARATIO REIP. { T. CON. Imp. dextram procumbenti Figuræ porrigit, ſiniſtra Globum tenet, cum Victoria, à qua coronatur.
S. M. A. Q. P. Eodem Typo.
A. SIS. C. Eodem Typo.
⁎ B. SIS. C. Eodem Typo. *M. N.* }

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XV. XVI. COS. IV.

COSS. Valentinianus Jun. IIII. Occid. Fl. Neoterius. Orient. *A.U.C.1143. Chriſti 390.*

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XVI. XVII. COS. IV.

COSS. Ti. Fabius Titianus. L. Q. Aurel. Symmachus. Occid. Ambo. *A.U.C.1144. Chriſti 391.*

VALENTINIANUS JUN. TR. P. XVII. COS. IV.

COSS. Arcadius Aug. II. Orient. Fl. Rufinus. Occid. *A.U.C.1145. Chriſti 392.*

Valentinianus Jun. Viennam accedit, ut in Italiam contra Barbaros rediret, Arbogaſtem non ferens illum provocat, & ab eo per Spadones necatur Id. Maji.

185



FL. MAGNUS MAXIMUS

EX Proſapia Conſtantini Maximi oriundus, vir in militari expeditione adversùs Francos, Germanos, Gothos, alioſque Barbaros habita fortis, & ſtrenuus, quos terrore ſui tantùm nominis domuit, & ad pe-

Oooooo ten-

(1) Moritur Maximus vel 28. Julii, vel 27. Auguſti. *Tillemont.* & *Pagi.*
(*) * TROBT. Eodem Typo. *Auctor. Fil.*
(2) Lege VICTORIA AUGGG. Du Cange cit. ab Auct. noſtro.

tenda vectigalia coëgit. Cùm Gratianum Imp. per Andragatium interfici curaſſet, & Imperii titulos, majeſtatemque ſibi uſurparet, ad Siſciam, & Petoviam victus à Theodoſio, Aquilejæ obſeſſus, à Militibus deditur, cùm ad tertium ab Aquileja lapidem eidem ſiſteretur, Regiis ornamentis exutus capitis ſupplicio affectus eſt Anno Chriſti 388. U. C. 1140. Huic Martinus Turonenſis Epiſcopus prædixit, ſi Italiam petiturus eſſet, Valentiniano Juniori bellum illaturus, fore quidem ut eo profligato tum victor evaderet, ſed non ita multò poſt interfectum iri.

FL. MAGN. MAXIMUS *in Britannia* AUG. *dicitur*, *Oceanum tranſit*, *Gallias alit*, GRATIANUM AUG. *interfici curat*, *hinc Occidentis Imperium invadit A. D. VIII. Kal. Septembris*.

A.U.C. 1136. COSS. *Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus. Orient.*
Chriſti 383.

Victorem Filium Cæſarem Maximus AUG. *dicit*, *& cum Valentiniano Pacem facit*.

Aur. MAGNUS MAXIMUS.
RESTITUTOR RFIP. Figura Militari habitu, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria.
D. N. MAGNUS MAXIMUS P. F. AUG.
RESTITUTOR REIP. S. M. TR. Ut ſuperiori Typo.
Æ. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG.
REPARATIO REIP. R. { Figura Militaris ſtans cum Captivo ad genua procumbente, cui porrigit dexteram, ſiniſtra tenet Victoriam, quæ capiti Imp. Lauream imponit.
S. CON. Eodem Typo.
P. CON Eodem Typo. (*)
* REPARATIO REIPUB { Eodem Typo. *Patin. Ind. f.* 34.
* C. CON. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 18.
* FELICITAS PUBLICA I. L. C. I. Figura ſtans, dextra Victoriolam, à qua coronatur, ſiniſtra Labarum. *M. N.*

* SPES ROMANORUM. Caſtra. *Patin. Ind. f.* 34.

MAGN. MAXIMUS TR. P. I. II.

A.U.C. 1137. COSS. *Fl. Clearchus. Orient. Fl. Ricimer. Occid.*
Chriſti 384.

Pacem cum Theodoſio facit Maximus, *& Hiſpaniam occupat*.

Ar. D. N. MAGN. MAXIMUS P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM { PR. P. S. Roma ſedens Capite Caſſide tecto, dextra Globum.
* MD. P S. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 18.
* AQ. P. S. Eodem Typo. *M. N.*
Æ. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG.
* RESTITUTOR REIPUBLICÆ S. M. TR. Imp. ſtans, dextra Labarum, cum Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Globum cum Victoria Lauream tenente. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 18.

MAG. MAXIMUS TR. P. II. III.

A.U.C. 1138. COSS. *Fl. Arcadius Aug. Orient. Fl. Bauto. Occid.*
Chriſti 385.

MAGN. MAX. TR. P. III. IV.

A.U.C. 1139. COSS. *Honorius Nob. Puer. Orient. Fl. Evodius. Occid.*
Chriſti 386.

MAGN. MAXIMUS TR. P. IV. V.

A.U.C. 1140. COSS. *Valentinianus Jun. Aug. III. Occid. Fl. Eutropius. Orient.*
Chriſti 387. *Maximus relicto in Galliis Victore Filio Cæſ. bellum Valentiniano Juniori movet. In Italiam cum Exercitu tranſit*, *Aquileja*, *occupata Italia*, *& Africa potitur*.

Aur. D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTORUM S. M. TR. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 18.
VICTORIA AUGG. TR. OB. Duo Impp. ſedentes Globum dextris ſuſtinentes, quibus à tergo Victoria Laureas imponit. *Ibidem*.
Æ. D. N. MAGN. MAXIMUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTORUM A. O. P. S. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Strada f.* 205.
D. N. MAG. MAXIMUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGG. LUC. P. Imp. ſtans, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Labarum. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 18.

* VICTORIA AUGG. Imp. ſtans, dextra Labarum tenens, ſiniſtra Victoriolam Globo impoſitam. *Patin. Ind. f.* 34.

MAG. MAXIMUS TR. P. V. VI.

A.U.C. 1141. COSS. *Theodoſius Aug. II. Occid. Cynegius. Orient.*
Chriſti 388.

Theodoſius cum Magn. Maximo pugnat prope Siſciam, *eum vincit*, *fugientem inſequitur*, *Maximus capitur*, *& capite plectitur V. Kal. Aug. apud Aquilejam*. (t)

FL.

(*) * LYCS. Eodem Typo. *Auctoris Fil.* * LUCS. Eodem Typo. *Ejuſdem*.
(t) Vide notam t. pag. anteced.

186



186

FL. VICTOR MAGNI MAX. AUG. F.

MAXIMI Tyranni Filius, adhuc Puer Cæſar à Patre factus, & Galliis præpoſitus. Poſt Patris mortem ab Arbogaſte Valentiniani Duce in Galliis victus, & occiſus. Eum Auguſtum dictum fuiſſe produnt plures Nummi ſequentes.

FL. VICTOR *Magni Max. Aug. F.* CÆSAR *dicitur à Patre, A. D. VII. Kal. Septembris.*

COSS. Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus. Orient. — *A.U.C. 1136. Chriſti 385.*

TR. P. accipit à Patre, & Aug. dicitur.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG.
SPES ROMANORUM A. N. L. O. P. Caſtra Prætoria cum Stella.
Æ. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG.
* SPES ROMANORUM S. M. A. Q. S. Caſtra Prætoria cum Stella. *M. N.*

FL. VICTOR TR. P. I. II.

COSS. Fl. Clearchus. Orient. Fl. Ricimer. Occid. — *A.U.C. 1137. Chriſti 384.*

Hiſpaniarum Dominium obtinent Maximus, & Victor.

Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM. { A. V. P. S. Figura ſedens, dextra Globum cum Victoriola.
A. Q. P. S. Figura ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.
* M. OBS. Eodem Typo. *M N.*
* MD. P. S. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 18.

FL. VICTOR TR. P. II. III.

COSS. Fl. Arcadius Aug. Orient. Fl. Bauto. Occid. — *A.U.C. 1138. Chriſti 385.*

FL. VICTOR TR. P. III. IV.

COSS. Honorius Nob. Puer. Orient. Fl. Evodius. Occid. — *A.U.C. 1139. Chriſti 386.*

FL. VICTOR TR. P. IV. V.

COSS. Valentinianus Aug. III. Occid. Fl. Eutropius. Orient. — *A.U.C. 1140. Chriſti 387.*

Magnus Maximus cum Exercitu in Italiam deſcendit, Fl. Victori Galliarum Imperio conceſſo.

Aur. D. N. FL. VIGTOR P. F. AUG.
BONO REIPUBLICAE NATI { MD. OB. Duæ Figuræ haſtatæ ſedentes, quarum major porrigit Globum minori, Victoria intermedia.
* TR. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 18.
Ar. D. N. FL. VICTOR P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTORUM A. O. P. S. Victoria dextra Lauream.
Æ. D. N. S. VICTOR P. F. AUG.
(1) * VIRTUS PRINCIP. CON. OB. Crux, ad cujus latus A. *Strada fol.* 206.

FL. VICTOR TR. P. V. VI.

COSS. Theodoſius Aug. II. Occid. Cynegius. Orient. — *A.U.C. 1141. Chriſti 388.*

Maximo prope Aquilejam occiſo paulo poſt Fl. Victor in Galliis victus occiditur ab Argobaſte Valentiniani Jun. Duce.

FL.

(1) Nummus aureus ex *Bandur.*

187



187

FL. THEODOSIUS MAGNUS.

GEnere Hiſpanus, Patre Theodoſio, Matre Thermantia, originem à Trajano trahens; cui moribus, vultu, & ſucceſſu rerum ſimilis fuit, huic enim eminens ſtatura, cæſaries magna, ingentes oculi, ſumma clementia, incredibilis pietas, rei militaris diſciplina, ſanè inter optimos annumerandus Principes, Remp. Gothicis armis pene oppreſſam, ex Hiſpania à Gratiano accitus reſtituit, Imp. apud Sirmium effectus, Maximum Tyrannum ad Aquilejam extinxit; Valentiniano Imperium aſſeruit, Eugenium Tyrannum, & Arbogaſtem, in Valentiniani ultionem ſuſtulit. Subactis undique Tyrannis, ampliſſimo potitus triumpho, Reipub. adminiſtrationi animum adjecit, Filioſque Imperii Conſortes faciens, Arcadium Orienti, Honorium Occidenti præfecit: ipſe Mediolani conſenuit, ubi in morbum incidens, moriturus dixit, ſe quidem libenter diſcedere ex hac vita, defeſſum, & defatigatum mole Imperii; ſed magis ſe jam eſſe ſollicitum de Eccleſiæ ſtatu, poſt ipſum, quam de ſua vita, ſcire ſe Eccleſiam habituram novos prædones; ſicut factum eſt. Tandem vita defunctus eſt, vir Chriſtianæ pietatis ſummus obſervator, anno ætatis 60. Imperii 17. Corpus ejus Conſtantinopolim translatum, ibique ſepultum.

FL. THEODOSIUS à *Gratiano* AUG. (1) *A. D. XV. Kal. Febr. dicitur, eique Orientis Imperium committitur*. ex Socrate.

A.U.C. 1132. *COSS. Decimus Magnus Auſonius. Q. Clod. Hermogenianus Olybrius. Ambo Occid.*

Chriſti 379. *Alannos, Gothos, & Scythas magnis, multiſque præliis vincit Theodoſius, & Gothos in amicitiam recipit.*

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.

CONCORDIA AUGGG.
- N. *alius* r. CON. OB. Victoria Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, in quo VOT. V. MULT. X.
- ⁎ CON. OB. Roma Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum. *Hulſius*.

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.

SALUS REIPUBLICAE. Duæ Figuræ ſibi invicem aſſiſtentes, in medio Stella.

GLORIA ROMANORUM
- CONS. A. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum.
- S. M. N. A. Eodem Typo.
- ANT. A. Eodem Typo.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.

(2) VIRTUS EXERCITUS.
- S. M. H. A. Figura cum Labaro aliam ſupplantans.
- ANT. A. Eodem Typo.
- CONS. Eodem Typo.

⁎ GLORIA ROMANORUM S. M. N. A. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Conſ. Chriſtiana Tab.* 19. (*)

D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.

SALUS REIPUBLICAE CON. OB. Victoria gradiens, ſiniſtra Captivum crinibus trahens.

REPARATIO REIPUB.
- S. H. A. Q. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra Globum cum Victoria.
- A. SIS. C. Eodem Typo.
- S. M N. L. Eodem Typo.
- S. M. R. Q. Eodem Typo.
- ⁎ S. M. R. Eodem Typo. *Ind. Pellegr. Aſcanii.*
- ⁎ S. M. A. N. S. Eodem Typo. *M. N.*
- ⁎ M. A. R. Q. Eodem Typo. *M. N.*
- ⁎ P. SIS. C. Eodem Typo. *Strada fol.* 201.
- ⁎ Victoria alata ſiniſtram imponens Capiti alterius Figuræ ſedentis, dextra indicat ſuppoſitum Chriſti Monogramma. *Ind. Pellegr. Aſcanii.*

VOT. V. MULT. X.

FL. THEODOSIUS TR. P. I. II. COS.

A.U.C. 1133. *COSS. Gratianus Aug. V. Occid. Theodoſius Aug. Orient.*

Chriſti 380. *Theodoſius ægrotat, & baptizatur, Gratianus Gothos per Baudonem, & Arbogaſtem vincit, hinc Theodoſius Conſtantinopoli triumphat.*

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.

⁎ GLORIA ROMANORUM T. N. R. B. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Num. Arſcot. Tab.* 68. *n.* 5. 6.

D. N.

(1) Vide notam 1. pag. 511. (2) Virtus exerciti, non exercitus habent omnes Nummi hujus Imp. *Bandur.*

(*) * SMNB. eodem Typo. *Auctoris Fil.*

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* SALUS REIPUBLICAE ANT. B. ✠. Victoria gradiens, ſiniſtra Captivum trahens. *Conſtant. Chriſtiana Tab.* 19.
* REPARATIO REIPUB. T. N. R. B. Imp. Laureatus ſtans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Cyſel. Tab.* 58. *n.* 9.
* VIRTUS EXERCIT. S. M. K. B. Figura cum Labarn Captivum ſupplantans. *Conſtant. Chriſtiana Tab* 19. (*)
* GLORIA ROMANORUM ANT. B. Imp. in Navi cum Victoriola à tergo, & Cruce, in medio Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.

THEODOSIUS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Syagrius Occid. Fl. Eucherius Orient. — *A.U.C.*1134. *Chriſti* 381.

Athanaricus Rex Tervingorum expulſus à ſuis Conſtantinopolim venit, à Theodoſio benignè excipitur, moritur, & ſplendidiſſimè ſepelitur, Tervingi Fœdus cum Theodoſio feriunt.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
REPARATIO REIPUB. ANT. Γ. Imp. Laureatus ſtans, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra Globum cum Victoria.

THEODOSIUS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Antonius. Afran. Syagrius. Occid. ambo. — *A.U.C.*1135. *Chriſti* 382.

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
GLORIA ROMANORUM S. M. H. D. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum.

THEODOSIUS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus Orient. — *A.U.C.*1136. *Chriſti* 383.

Arcadium Filium AUG. *vocat Theodoſius. Gratianus Aug. à Magno Maximo vincitur, & necari jubetur.*

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* VICTORIA AUGGGG. B. CON. OB. S. M. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam Globo inſtantem, ſiniſtro pede Captivum calcans. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.
Ar. D. N. THEODOSIUS P. F AUG.
GLORIA ROMANORUM S. N. B. E. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum.
Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* REPARATIO REIPUB. S. M. R. E. Imp. Laureatus, dextram porrigit Figuræ in genua procumbenti, ſiniſtra Globum cum Victoriola. *Num. Fæſch.*

THEODOSIUS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Fl. Clearchus Orient. Fl. Ricimer Occid. — *A.U.C.*1137. *Chriſti* 384.

Theodoſio Sapores Perſarum Rex, & Mag. Maximus legatos de pace mittunt, hinc Pax utriſque data. Honorius Theod. Filius naſcitur.

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* CONCORDIA AUGGG. A. Q. P. S. Figura ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Cornucopiæ Capite Corona Turrita ornato, ad pedes Aquila. *Num. Fæſch.*

THEODOSIUS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Fl. Arcadius Aug. Orient. Fl. Bauto Occid. — *A.U.C.*1138. *Chriſti* 385.

Theodoſius ſævas nationes per Legatos ſuo Imperio ſubdidit. Marcellin. in Chronico.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* GLORIA ROMANORUM R. P. Imp. dextra Captivum calcans, ſiniſtra Labarum. *M. N.*

THEODOSIUS TR. P. VII. VIII. COS.

COSS. Honorius Nob. Puer Orient. Fl. Evodius Occid. — *A.U.C.*1139. *Chriſti* 386.

Theodoſius Grutungos Scythas Duce Odetheo Rege Iſtrum tranſire conantes, prælio navali devincit, ac delet, & Conſtantinopolim victor cum Arcadio ingreditur. (1)

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* VICTORIA AUGUSTORUM TR. CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.
* VIRTUS ROMANORUM TR. P. S. Roma Galeata inſidens ſpoliis, dextra Globum cum Victoria, ſiniſtra Haſtam. *Ibidem.*

(*) * VIRTUS EXERCITI CONS. A. Crux in Area Nummi; Figura cum Labaro, Captivum ſupplantans. *Auſt. Pil.*
(1) Et Conſtantinopoli triumphat 12. Octobris.

THEODOSIUS TR. P. VIII. IX. COS.

A.U.C. 1140. *Chriſti* 387. *COSS. Valentinian. Jun. Aug. III. Occid. Fl. Eutropius Orient.*

Theodoſius Quinquennalia Arcadii ſplendidè celebrat Conſtantinopoli, Valentinianum Juniorem, & Juſtinam Augg. Maximum fugientes. Theſſalonicæ bono animo eſſe jubet.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
✱ CONCORDIA AUGGG. CON. OB. Roma Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum. *Hulſius*. (*)

THEODOSIUS TR. P. IX. X. COS. II.

A.U.C. 1141. *Chriſti* 388. *COSS. Theodoſius Aug. II. Occid. Cynegius Orient.*

Theodoſius Valentinian. Jun., & Juſtinam Theſſalonicæ inviſit, Gallam ducit Uxorem, Exercitum contra Maximum parat, cum eo pugnat circa Siſciam, & vincit. Fugientemque proſecutus obtruncat (1) *VII. Kal. Septembris. Imperiumque Italiæ Valentin. Jun. reddit.*

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
CONCORDIA AUGGG. N. Figura Galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, in quo VOT. X MULT. XV.
✱ CONCORDIA AUGGG. CON. OB. Figura Galeata binis Leonibus inſidens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum, dextro pede Navis Roſtrum premit. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.
VICTORIA AUGGG. { MD. CON. OB. Figura Militaris, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam, Captivum ſupplantans. / A. COM. O. V. S. M. Eodem Typo. }

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
VOTIS X. MULT. XX.
✱ CONCORDIA AUGGG. B. CON. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Spiculum, ſiniſtra Scutum, in quo VOT. X. MULT. XV. dextro pede Proram Navis calcans. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
VOT. X. MULT. XX.
✱ VICTORIA AUGGG. S. M. ANT. Duæ Victoriæ ſtantes ſe mutuo aſpicientes, dextris Laureas, ſiniſtris Palmas. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.

THEODOSIUS TR. P. X. XI. COS. II.

A.U.C. 1142. *Chriſti* 389. *COSS. Fl. Timaſius Orient. Fl. Promotus Occid.*

Theodoſius cum Honorio Filio Romam adit, triumphanſque ingreditur, diſtribuit Congiarium, & Ludo magnificentiſſimo edit, deinde Mediolanum venit.

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM MD. P. S. Figura ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Haſtam.
GLORIA ORBIS TERRARUM TES. OB. Figura ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Crucis ſignum.
URBS ROMA. Sedens.

THEODOSIUS TR. P. XI. XII. COS. II.

A.U.C. 1143. *Chriſti* 390. *COSS. Valentinianus Jun. Aug. IV. Occid. Fl. Neoterius Orient.*

Theodoſius Paſchatis tempore cùm ad Templum acceſſiſſet à S. Ambroſio à Templo arcetur, mœſtuſque cum lachrymis recedit. (2)

THEODOSIUS TR. P. XII. XIII. COS. II.

A.U.C. 1144. *Chriſti* 391. *COSS. Ti. Fabius Titianus. L. Q. Aurel. Symmachus Occid. ambo.*

Theodoſius facta Theſſalonicenſis Cladis pœnitentia à D. Ambroſio Eccleſiæ communioni reſtituitur, inde Theſſalonicam progreſſus Barbaros plures delet, & Conſtantinopolim cum Filio redit, variaque ſpectacula edit.

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
✱ CONCORDIA AUGGG. CON. OB. Figura Turrita ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Globum. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 19.
✱ VICTORIA AUG. AQ. OB. Duo Impp. ſedentes, dextris Globum retinentes, quibus à tergo Victoria alata inſtat. *Ibidem*.

Æ. . . . .
✱ SALUS MILITUM. Imp. trahens Captivum. *Patin. Ind. f.* 34.
✱ VICTORIA AUGG. Duæ Victoriæ ſtantes. *Patin. ibidem*.

THEODOSIUS TR. P. XIII. XIV. COS. II.

A.U.C. 1145. *Chriſti* 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Orient. Fl. Rufinus Occid.*

VALENTINIANUS JUN. AUG. *occiditur ab Arbogaſte, Eugenius in ejus locum* AUG. *dicitur; Cadaver juſſu Theodoſii magnificè Sepulturæ mandatum, Oratoribus Eugenii perplexo dato reſponſo bellum cogitat.*

D. N.

(*) * VOT. V. MULT. X. In Corona SIS. B. infra. *Auctor. Fil.* (1) Vide notam 1. pag. 513.
(2) Arcetur a D. Ambroſio ob ſtragem hoc anno Theſſalonicæ factam, de qua pœnituit ab Aprili uſque ad Nativitatem Domini. *Tillemont.*

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
CONCORDIA AUGG. G. B. CON. OB. Figura Galeata ſedens, dextra Pomum cum Cruce, ſiniſtra Rhabdum.

VICTORIA AUGG.
- TR. OB. C. Duæ Figuræ Impp. Theodoſii ſcilicet, & Arcadii Globum tenentes, in quorum medio Victoria.
- TH. COG. Eodem Typo.
- TES. OBS. Eodem Typo.
- CON. Eodem Typo.

Ar. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* CONCORDIA AUGG. TR. P. S. Figura muliebris ſedens, dextra Spiculum, ſiniſtra duo Cornucopiæ. *Conſtantin. Chriſtian. Tab.* 19.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* CONCORDIA AUGG. . . . . . Figura ſedens, dextra Pomum, ſiniſtra Haſtam. *M. N.*

THEODOSIUS TR. P. XIV. XV. COS. III.

COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius. Orien. Ambo. *A.U.C.*1146. *Chriſti* 393.

Theodoſius (1) *Honorium Filium Aug. dicit IV. Id. Januarii. Eugenius cum Arbogaſte in Italiam deſcendit cum Exercitu, eamque pacificè obtinet, Theodoſius ad bellum ſe parans Divinum auxilium implorat.*

Aur. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
VOT. XX. MULT. XXX. CON. OB. Victoria Crucem tenens.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* GLORIA ROMANORUM ANT. B. Theodoſius cum Arcadio, & Honorio Filiis Augg. ſtantes &c. *Conſtan. Chriſt. Tab.* 19.

THEODOSIUS TR. P. XV. XVI. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Orient. Honorius Aug. II. Occid. *A.U.C.*1147. *Chriſti* 394.

Theodoſius cum Eugenio pugnat, vincit, capit, obtruncat, Imp. Occidentis accipit, cum Honorio Mediolanum veniens triumphat de Eugenio. Mox ægrotat, & Teſtamento Arcadio Filio Orientale Imperium, Occidentale verò Honorio relinquit.

Æ. D. N. THEODOSIUS P. F. AUG.
* VIRTUS AUGUSTORUM. Imp. Paludatus ſtans, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 19.
* Imp. Eques Hoſtem Lancea ſternit. *Ibidem.*

THEODOSIUS TR. P. XVI. XVII. COS. III.

COSS. Anicius Hermogenianus Olybrius. Anicius Probinus. Ambo Occid. *A.U.C.*1148. *Chriſti* 395.

Theodoſius pauliſper morbo levatus Ludos Victoriæ edit Mediolani, & ſequenti die, ſcilicet XVI. Kal. Februarii moritur.

188



ÆLIA FLACILLA THEODOSII UXOR PRIMA

THeodoſii prima Uxor, religioſiſſima fœmina, quæ multa pietatis exempla egenis exhibuit: Maritum admonuit ne benefactori ingratus foret. Hujus Matronæ caſtitas, pietas, & beneficentia erga pauperes valde prædicatur; & in primis hæc memoranda ſententia; *Imperio convenit, ut Aurum id largiatur, ego verò manuum mearum opus pro Imperio ipſo, ei quid ſemel contulit, offero.* Vide *Nicephorum*. Filii Arcadius, & Honorius.

Aur. ÆL. FLACILLA AUG.
* SALUS REIPUBLICAE CON. OB. Victoria ſedens, dextra Clypeo inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19.

Æ. ÆL. FLACILLA AUG.

SALUS REIPUBLICAE.
- ☧ Figura muliebris ſtolata ſtans.
- * ANT. C. Eodem Typo. *Ind. Pellegrini Aſcanii.*
- * S. M. K. Γ. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 19.
- S. M. N. A. Figura muliebris ſtolata gradiens.
- * S. M. N. A. Figura muliebris ſtolata gradiens, hinc Stella, illinc Crux. *Conſtantin. Chriſtiana Tab.* 19.

CON-

(1) Honorius Aug. dicitur hoc anno, & eo die, quo 20. Novembris Conſtantinopoli ſol defecit. *Petav.* & *Tillemont.*

✳ CON. Q. Figura ſedens, inſcribens Clypeo trunco Palmæ impoſito Chriſti Monogramma. *Ex Oyſel. Tab. 79. n. 3. reſt.*
✳ T. S. A. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.*
✳ ALEX. Figura muliebris ſtolata manus elevans. *Strada fol. 202.*
SALUS REIPUBLICAE. ✳ ANT. Γ. Eodem Typo. *Muſæi Baſetti.*
✳ CON. OBS. Eodem Typo. *Num. Fæſch.*
✳ CON. S. Victoria ſedens, Clypeo inſcribens Chriſti Monogramma. *Num. Fæſch.*
✳ T. E. S. Δ. Eodem Typo. *Ibidem.* (*)

189 

189

GALLA PLACIDIA THEODOSII UXOR SECUNDA.

SEnioris Valentiniani ex Juſtina Filia, Valentiniani Jun. ex utraque parente Soror, formoſiſſima Virgo, occiſo à Magno Maximo Gratiano Fratre, cùm Tyrannus Italiam, & Africam ſuo Imperio ſubdidiſſet, Valentinianus Jun. cum Juſtina Matre, & Galla Sorore Theſſalonicam fugiens, petiit, cùmque à Theodoſio (cui jam mortua erat Flacilla Uxor) inviſerentur, peteretque Valentinianus Bellum contra Tyrannum decerni, cunctaretque Theodoſius Juſtina Gallam produxit, orantem ut ejus Fratris necem ulciſceretur, Imperiumque alteri reſtitueretur. Captus forma Virginis Theodoſius Matrimonium ejuſdem ambiit, quod à Juſtina ea conditione obtinuit, ut bellum contra Maximum ſtatim ſuſciperetur Anno Chriſti 388. quod & factum eſt, & nuptiæ ſecutæ tandem, Gallaque in puerperio deceſſit A. U. C. 1147. Chriſti 394.

Aur. D. N. GALLA PLACIDIA AUG.
✳ SALUS REIPUBLICAE R. V. CON. OB. Victoria inſidens Thoraci, Clypeo inſcribit Chriſti
(1) Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab. 21.*
✳ VOT. XX. MULT. XXX. R. V. CON. OB. Victoria alata ſtans, dextra Crucem longam. *Ibid.* (**)
Æ. D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG.
✳ PUDICITIA AUG. S.C. Figura ſedens Peplo velans faciem dextra, ſiniſtra Haſtam puram. *Ibidem.*
✳ VICTORIA AUGGG. R. V. CON. OB. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum cum Victoria pede ſiniſtro Captivum calcans. *Ibidem.*

190 

190

E U G E N I U S.

VAlentiniano dolo Arbogaſtis Viennæ Allobr. ſtrangulato, Arbogaſto confiſus Eugenius Imp. arripuit. Huic totus Occidens, qui in Valentiniani poteſtate fuit, paruiſſe videtur. Hunc ad flumen Frigidum Divinis uſus auxiliis Theodoſius Imperio dejecit, & vita privavit.

FL. EUGENIUS, *Valentiniano Jun. Aug. fraude Argobaſtis occiſo Occidentis Imperium invadit,* AUG. *dicitur* TR. P. *ab eodem Arbogaſte accepta Sabbato ante Pentecoſtem.*
A. U. C. 1145. Chriſti 392.

A. U. C. 1145. Chriſti 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Orient. Fl. Rufinus. Occid.*

Oratores ad Theodoſium de pace mittit Eugenius, qui dubio reſponſo recedunt, Arbogaſtes Bructeros Rheno tranſmiſſo populatur.

Ar. D. N. EUGENIUS P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM. Figura muliebris ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
(2) *Æ.* IMP. EUGENIUS P. F. AUG.
(3) ✳ SAPIENTIA PRINCIPIS. *Ant. Auguſtin. Dialog.*
(4) ✳ VIRTUS ROMANORUM CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſtiana Tab. 19.* (***)

EU-

(*) * ANTB. in area Nummi grande T.
SISC. eodem Typo. Quinarius elegantiſſimus. *Auct. Fil.*
(1) Omnes Nummi, qui huic Gallæ Placidiæ tribuuntur ab Auth. noſtro ad Gallam Placidiam Theodoſii Matrem, refert *Bandur.* Hæc Auguſta ſcriptores *Gallam* dicunt, non *Gallam Placidiam.*
(**) D. N. GALLA PLACIDIA P. F. AUG. Caput Muliebre, cui manus in aere pendens Lauream imponit.
VOT. XX. MULT. XXX. R. M. CON. OB. Victoria alata ſtans, dextra Crucem longam *Chiflet. Veſont. par. 2. Cap. 25.*
(2) Nummi cum titulo Imp. ſuſpecti ſunt in Eugenio, nam illa ætate cum titulo Imp. non occurrunt. *Bandur.*
(3) Nummus apud Auguſtinum citatum non extat ergo &c.
(4) Inſcriptio huic Typo conjuncta tum primùm occurrit quid igitur?
(***) IMP. EUGENIUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTOR. TR. COM. Victoria gradiens, dextra elata cum Laurea ſiniſtra Palmam: *Chiflet. ut ſupra.*

Digitized by Google

EUGENIUS TR. P. I. II.

COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius. Orient. Ambo. — *A.U.C.1145. Chriſti 393.*

Cum Germanis Fœdera renovat Eugenius, poſtea in Italiam deſcendit, & Mediolanum veniens reliqua illi ſe dedidit Italia.

Aur. D. N. EUGENIUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTORUM ⌐TR. Victoria gradiens, dextra Sertum, ſiniſtra Palmam.
✳ └CON. TR. Eodem Typo. *Conſtan. Chriſtiana Tab.* 19.
✳ VICTORIA AUGG. C. CON. Duæ Figuræ ſedentes, dextris Globos tenentes, quibus Victoria Lauream imponit. *Strada f.* 207.
Ar. D. N. EUGENIUS P. F. AUG.
URBS ROMA. ✳ ⌐LUC. E. S. Roma ſedens, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.
| LUC. P. S. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19.
✳ └Eodem Typo. *Patin. Theſauro.* (*)

EUGENIUS TR. P. II. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Orient. Honorius Aug. II. Occid. — *A.U.C.1147. Chriſti 394.*

Theodoſius cum Exercitu contra Eugenium in Pannoniam iter intendit, Eugenius prope Aquilejam caſtrametatur, Theodoſius ſuperatis Alpibus cum Eugenio pugnat, & vincit, Eugenius capitur, & capite truncatur A. D. VIII. Idibus Septembris.

191



191

F L. A R C A D I U S

THeodoſii F. conſors Imperii Patris, Orienti præficitur, Tutore Rufino, qui ſpe potiundi Imperii miſſis muneribus Alaricum Regem Gothorum contra Arcadium ſollicitat, ſed comperta proditione medio conatu ab Italicis Militibus interficitur, ut & Caina, vel Cainas comes, & imitator Rufini, qui contra Arcadium bellum civile moverat, Conſtantinopolimque ferro, & flamma vaſtaverat. Arcadius cum Byzantii ferè 26. annis regnaſſet, obiit ætatis anno 31. relicto Filio Theodoſio, & 4. Filiabus, Placilla, Pulcheria uxore Marciani Imp., Arcadia, & Marina.

FL. ARCADIUS *Thed. Aug.* F. AUG. *dicitur à Patre* TR. P. *accepta* (1) *A. D. XII. Kal. Februarii.*

COSS. Fl. Merobaudes II. Occid. Fl. Saturninus. Orient. — *A.U.C.1136. Chriſti 383.*

Aur. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
CONCORDIA AUGGGG. ✳ ⌐Δ. CON. OB. Figura galeata ſedens, dextra Rhabdum, ſiniſtra Globum.
| Z. CON. OB. Figura galeata inſidens binis Leonibus, dextra Jaculum, ſiniſtra Globum, dextro pede Proram Navis premit. *Conſtantinop. Chriſtiana Tab.* 29.

Fortè his Nummis concordia Gratiani, Valentiniani Junioris, Theodoſii, & Arcadii omnium hoc anno Auguſtorum deſignatur. Quatuor enim AUGGGG. *Nummo exprimuntur.*

ARCADIUS TR. P. I. II.

COSS. Fl. Clearchus. Orient. Fl. Ricimer. Occid. — *A.U.C.1137. Chriſti 384.*

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
GLORIA ROMANORUM. ✳ ⌐ANT. B. Imp. Paludatus ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19.
✳ └S. M. AQ. Imp. Galeatus, dextra crinibus Captivum trahens. *Ibid.*

ARCADIUS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Arcadius Aug. Orient. Fl. Bauto. Occid. — *A.U.C.1138. Chriſti 385.*

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG
✳ GLORIA ROMANORUM. Γ. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Globum. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19. (**)
ANT.

(*) D. N. EUGENIUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGUSTOR. TR. COM. Victoria gradiens, dextra elata cum Laurea, ſiniſtra Palmam. *Chriſt. &c.*
(1) A. D XIV. Kal. Feb. *Pagi* & *Tillemont.*
(**) • ALEA. Eodem Typo. *Auct. Fil.*
• SMKT. Eodem Typo. *Ejuſdem.*

GLORIA ROMANORUM.
* ANT. Γ. Tres Figuræ Militares, dextris Haſtas tenentes, ſiniſtris Clypeis nixæ, quarum media aliis minor eſt. *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.
* Eodem Typo, ſed cum aliqua diverſitate. *Patin. Ind. ſol.* 34.

ARCADIUS TR. P. III. IV. COS.

A.U.C. 1139. *Chriſti* 386. *COSS. Honorius Nob. Puer. Orient. Fl. Evodius. Occid.*

Cum Patre Theodoſio victor Conſtantinopolim ingreditur, Archadius AUG. *poſt Scythas Grotungos devictos.*

Aur. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGGG.
CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream.
S. M. Eodem Typo.
D. M. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam tenens, ſiniſtro pede Captivum conculcans.
* A. S. M. CON. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab.* 19.
* MD. COM. OB. Eodem Typo. *Ibidem.*

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG. *In Tertio* Buſtum Corona gemmata, cui in aëre manus Lauream imponere videtur, dextra Jaculum, ſiniſtra Clypeum.
* VICTORIA AUGGG. N. T. CON. Victoria dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Ind. Pellegr. Aſcanii.*
* SALUS REIPUBLICAE. A. Q. R. Victoria gradiens, dextra Captivum crinibus trahens. *M.N.*
* Monogramma Chriſti. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.
* GLORIA ROMANORUM S. M. N. Δ Imp. ſtans, dextra Labarum cum Chriſti Monogrammate, ſiniſtra Scutum cum Captivo ad pedes genuflexo religatis manibus. *Strada ſol.* 103.

ARCADIUS TR. P. IV. V. COS.

A.U.C. 1140. *Chriſti* 387. *COSS. Valentinian. Jun. Aug. III. Occid. Fl. Eutropius. Orient.*

Quinquennalia Arcadii ſplendidè celebrata.

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
* VOT. V. In Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIUS TR. P. V. VI. COS.

A.U.C. 1141. *Chriſti* 388. *COSS. Theodoſius Aug. II. Occid. Cynegius. Orient.*

Maximus Tyrannus victus, & occiſus à Theodoſio.

ARCADIUS TR. P. VI. VII. COS.

A.U.C. 1142. *Chriſti* 389. *COSS. Fl. Timaſius. Orient. Fl. Promotus. Occid.*

ARCADIUS TR. P. VII. VIII. COS.

A.U.C. 1143. *Chriſti* 390. *COSS. Valentinianus Jun. IV. Occid. Fl. Neoterius. Orient.*

ARCADIUS TR. P. VIII. IX. COS.

A.U.C. 1144. *Chriſti* 391. *COSS. Ti. Fabius Titianus. L. Q. Aurel. Symmachus. Occid. Ambo.*

Plures Barbaros delet Theodoſius.

Ar. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
VIRTUS ROMANORUM. MD. P. S. Imp. ſedens habitu Militari, dextra Victoriolam, ſiniſtra Haſtam.

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
* VIRTUS ROMANORUM. ANT. Imp. Paludatus, dextra Haſtam, ſiniſtra Clypeum, à Victoria alata, ſiniſtra Palmam tenente, dextra coronatur. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIUS TR. P. IX. X. COS. II.

A.U.C. 1145. *Chriſti* 392. *COSS. Arcadius Aug. II. Orient. Fl. Rufinus. Occid.*

Valentinianus Jun. occiditur.

Ar. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
VOTIS X. MULTIS XX. In Laurea.

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
* VOT. X. MULT. XX. In Laurea, *infra* CONS. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 20.

ARCADIUS TR. P. X. XI. COS. II.

A.U.C. 1146. *Chriſti* 393. *COSS. Theodoſius Aug. III. Fl. Abundantius. Orient. Ambo.*

Honorius AUG. *dicitur.*

D. N.

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.

GLORIA ROMANORUM.
- ✱ S. M. A. P. Duo Milites Galeati cum Clypeis. *Ind. Pellegr. Aſcanii.*
- ✱ ANT. S. Imp. ſtans, dextra Labarum, in quo Chriſti Monogramma, ſiniſtra Scutum cum Captivo ad pedes. *Conſt. Chriſt. Tab.* 20.

ARCADIUS TR. P. XI. XII. COS. III.

COSS. Arcadius Aug. III. Orient. Honorius Aug. II. Occid. — *A.U.C.* 1147. *Chriſti* 354.

Theodoſius cum Eugenio pugnat, & vincit. Ægrotat, & Teſtamento Arcadio Imp. Orientis relinquit.

Æ. D. N. ARCADIUS P. F. AUG.
✱ URBS ROMA FELIX S. M. ROM. Figura Galeata ſtans, dextra Trophæum, ſiniſtra Globum cum Victoria, quæ Imp. coronat. *M. N.*

. . . .
✱ URBS ROMA. Imp. ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra Victoriolam. *Patin. Ind. f.* 34.

Bonifacio ex Africa non redeunti, bellum indicitur, qui ut ſe tueatur Vandalos ex Hiſpania evocat, qui Africam crudeliter vexant, Ætius variè rem cum Theodorico gerit in Galliis.

PL. VALENTINIANUS TR. P. III. IV. COS. II.

A.U.C. 1181. *Chriſti* 428. COSS. *Fl. Felix. Occid. Fl. Taurus. Orient.*

Bonifatius in gratiam redit cum Placidia: Ætius Clodioni Francorum Regi reſiſtit in Gallia.

PL. VALENTINIANUS TR. P. IV. V. COS. II.

A.U.C. 1182. *Chriſti* 429. COSS. *Fl. Florentius. Occid. Fl. Dionyſius. Orient.*

Vandalos ex Africa ejicere cupiens Bonifatius non poteſt. Genſericus Ducibus Valentiniani victis Africam vaſtat, Hipponem obſidet.

PL. VALENTINIANUS TR. P. V. VI. COS. III.

A.U.C. 1183. *Chriſti* 430. COSS. *Theodoſius Aug. XIII. Orient. Pl. Valentinianus Aug. III. Occid.*

Genſericus Hipponem capit. Britanni à Pictis, & Scotis vexati, à Legione Romana defenduntur.

PL. VALENTINIANUS TR. P. VI. VII. COS. III.

A.U.C. 1184. *Chriſti* 431. COSS. *Anicius Baſſus. Occid. Fl. Antiochus. Orient.*

Genſericus Africam reliquam vaſtat, & in Catholicos ſævit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. VII. VIII. COS. III.

A.U.C. 1185. *Chriſti* 432. COSS. *Fl. Ætius. Occid. Fl. Valerius. Orient.*

Bonifatius Romam redit, & Magiſter Militum dicitur. Trigetius Bonifatii ſucceſſor Genſerico reſiſtit.

Æ. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG.
BONIFATIUS ✱ { Quadriga Cervorum, in qua Imp. dextra Lauream, ſiniſtra Palmam.
✱ Quadriga Equorum, in qua Imp. ſedet, ut ſupra. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 21.
✱ Quadriga Cervorum, in qua Imp. radiatus, dextra Flagrum, & Lauream, ſiniſtra Palmam. *Ibidem.* }
✱ R. S. V. R. D. EN. I. Æ. In nexu. *Strada fol.* 221.

PL. VALENTINIANUS TR. P. VIII. IX. COS. III.

A.U.C. 1186. *Chriſti* 433. COSS. *Theodoſius Aug. XIV. Orient. Anic. Maximus. Occid.* Gen-

(1) Vide notam 2. pag. 534.

Gundicarius Burgundionum Rex Belgicam incurſat. Contra hunc Valentinianus Ætium mittit, qui Gundicarium è Belgica expellit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. IX. X. COS. III.

COSS. Fl. Aſpar. Orient. Fl. Areobinda, ſive Ariovindus. Occid. A.U.C. 1187. Chriſti 434.

Trigetius Genſericum, & Ætius Gundicarium vexant, & Pacem petere cogunt.

PL. VALENTINIANUS TR. P. X. XI. COS. IIII.

COSS. Theodoſius Aug. XV. Orient. Pl. Valentinianus Aug. IV. Occid. A.U.C. 1188. Chriſti 435.

X. Valentiniani celebrata. Pax cum Genſerico facta, eidem Numidia Hipponeſi conceſſa. Fœdus cum Gundicario ab Ætio percuſſum.

Aur. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG.
✳ VOT. X. MULT. XX. RU. CON. OB. Imp. habitu Conſulari ſedens, dextra Globum, ſiniſtra Sceptrum. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 21.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XI. XII. COS. IV.

COSS. Fl. Anthemius Iſidorus. Orient. Senator. Occid. A.U.C. 1189. Chriſti 436.

Theodoricus iterum Gallias vexat, Littorius contra eum miſſus Narbonem obſidione liberat.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XII. XIII. COS. IV.

COSS. Fl. Ætius II. Occid. Fl. Sigeultes, ſive Sigisbuldo. Orient. A.U.C. 1190. Chriſti 437.

Littorius Aremoricos Rebelles vincit. Gothi in Avernos ſe inferunt, à Littorio Hunnorum auxilio caduntur. Valentinianus Uxorem accipit Eudoxiam Theodoſii Aug. Filiam, & Theodoſio Illyrici partem cedit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XIII. XIV. COS. IV.

COSS. Theodoſius Aug. XVI. Orient. Acilius Glabrio Fauſtus. Occid. A.U.C. 1191. Chriſti 438.

Littorius cum Gothis rem proſperè gerit in Gallia: Piratæ Vandali Siciliam populantes, à Valentiniani Ducibus cohibentur, eorum Dux capitur, & occiditur.

Aur. D. N. FL. PLAC. *alii* PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG.

VICTORIA AUGGG. CON. OB.
- R. M. Figura Militaris ſtans, dextra Crucem elevans, ſiniſtra Globum cum Victoria Sertum tenente, dextro pede Serpentem capite humano conculcans.
- R. V. Eodem Typo.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XIIII. XV. COS. IV.

COSS. Theodoſius Aug. XVII. Orient. Feſtus. Occid. A.U.C. 1192. Chriſti 439.

Littorius Tholoſam obſidet, hinc Theodoricus Pacem petit, quæ eidem non conceditur à Littorio, pugnatur à Romanis infeliciter, Littoriuſque capitur, Ætius in Gallias mittitur à Valentiniano, hinc Pax firmatur. Genſericus Carthaginem capit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XV. XVI. COS. V.

COSS. Pl. Valentinianus Aug. V. Occid. Fl. Anatolius. Orient. A.U.C. 1193. Chriſti 440.

Genſericus Siciliam vaſtat, ſed à Sebaſtiano Duce Valentiniani in Africam revocatur, mox per fraudem Sebaſtianum occidit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XVI. XVII. COS. V.

COSS. Fl. Cyrus Panopelites Orient. ſine Collega. In Occid. A.U.C. 1194. Chriſti 441.

Theodoſius claſſem contra Genſericum mittit majore terrore, quam clade, Genſericus Legatos ad Theodoſium mittit Pacem petens, quam obtinet. Attila, & Belda Fratres Hunnorum Duces Iſtrum tranſeunt. Hinc Attila Mœſiam, Belda Thracias populantur, contra hos Joannes, & Arnegiſdus mittuntur à Theodoſio.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XVII. XVIII. COS. V.

COSS. Fl. Dioſcorus. Occid. Fl. Eudoxius. Orient. A.U.C. 1195. Chriſti 442.

Hunni Macedoniam, & Græciam vaſtant. Valentinianus Pacem Genſerico concedit, obſide ejus Filio Honnorico accepto.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XVIII. XIX. COS. V.

A.U.C.1196. Chriſti 443. *COSS. Fl. Anic. Maximus II. Occid. Fl. Paternus. Orient.* (1)

Pax à Theodoſio ab Attila mercatur, qui ſe ultra Iſtrum recipit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XIX. XX. COS. V.

A.U.C.1197. Chriſti 444. *COSS. Theodoſius Aug. XVIII. Orient. Cæcina Decius Albinus. Occid.*

PL. VALENTINIANUS TR. P. XX. XXI. COS. VI.

A.U.C.1198. Chriſti 445. *COSS. Pl. Valentinianus Aug. VI. Occid. Fl. Nonnius. Orient.*

Pl. Valentiniani XX. Romæ celebrata.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXI. XXII. COS. VI.

A.U.C.1199. Chriſti 446. *COSS. Fl. Ætius III. Q. Aurel. Symmachus. Ambo Occid.*

Attila Bellum minatur utrique Imperio, hinc Ætius ex Gallia revocatur, Picti, & Scoti Britanniam diripiunt, & cæduntur.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXII. XXIII. COS. VI.

A.U.C.1200. Chriſti 447. (2) *COSS. Faltonius Probus Alypius. Fl. Ardaburius.*

Attila Iſtrum tranſit, Citeriorem Daciam populatur. Anthemius Theod. Dux illi reſiſtit, Pax à Theodoſio, & Valentiniano ab Attila petita conceditur.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXIII. XXIV. COS. VI.

A.U.C.1201. Chriſti 448. *COSS. Rufius Prætextatus Poſtumian. Occid. Fl. Zeno. Orient.*

Valentinianus mandat obſervari Codicem Theodoſianum Anno ſuperiori à Theodoſio eidem tranſmiſſum. In Armoricos Rebelles Bellum movetur, ſed Pax petentibus conceditur.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXIV. XXV. COS. VI.

A.U.C.1202. Chriſti 449. (3) *COSS. Fl. Aſturius. Fl. Protogenes.*

Meroveus Francorum Rex ſedes ad Axonam Amnem figit. Angli à Britannis in auxilium vocati Inſulam ſubigunt.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXV. XXVI. COS. VII.

A.U.C.1203. Chriſti 450. (4) *COSS. Pl. Valentinianus Aug. VII. Gennadius Valer. Corvin. Annienus.*

Theodoſius Aug. moritur. Marcianus à Pulcheria ejus Sorore deſponſatur, & Imp. efficitur in Oriente. Attila bellum Galliæ denunciat, hinc Valentinianus cum Galliæ Regibus Fœdus jungit, Exercitum parat, cujus Ducem dicit Ætium.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXVI. XXVII. COS. VIII.

A.U.C.1204. Chriſti 451. *COSS.* (5) *Marcianus Aug. Orient. Clod. Adelphius. Occid.*

Attila in Gallias irrumpit ab Ætio, & Sociis vincitur in Campis Catalaunicis. Placidia Aug. Valentiniani Mater moritur.

Ar. D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG.
⁂ VICTORIA AUG. R. M. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſt. Chriſt. Tab.* 21.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXVII. XXVIII. COS. VII.

A.U.C.1205. Chriſti 452. *COSS. Fl. Herculanus. Occid. Aſporatius. Orient.*

Attila in Italiam deſcendit, Venetiam, Liguriam, & Æmiliam vaſtat.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXVIII. XXIX. COS. VII.

A.U.C.1206. Chriſti 453. *COSS. Fl. Opilio. Occid. Fl. Vincomalus. Orient.*

Attila à S. Leone Pontifice Valentiniani Oratore Pacem obtinet, & Danubio tranſmiſſo in Scythiam redit.

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXIX. XXX. COS. VII.

A.U.C.1207. Chriſti 454. *COSS. Fl. Ætius. Occid. Fl. Studius. Orient.*

To-

(1) Vide notam 1. pag. 536. (2) Vide notam 2. pag. 536. & ſub hoc anno COSS.
(3) Vide notam 3. pag. 536. & ſub hoc anno COSS. (4) Vide notam 4. & ſub hoc anno COSS. pag. 536.
(5) Hoc anno Marcianus dicitur Imper. in Oriente V. Kal. Aug. *Pauvin.*

Toriſmondus Gothorum Rex Bellum inſert Valentiniano, qui eidem per Ætium reſiſtit, & ad Pacem adigit; XXX. Valentiniani celebrata.

Aur. D. N. FL. PLAC. VALENTINIANUS P. F. AUG.
VOTIS XXX. MULT. XXXX. CON. OB.
D. N. PLA. VALENTINIANUS P. F. AUG. Caput Valentiniani Corona Gemmata, Buſtum cum Veſte Palmara, dextera Globum, ſiniſtra Crucem.
⁕ VOT. XXX. MULT. XXXX. CON. OB. Imp. ſtans, ſiniſtra Sceptrum, dextram porrigit Figuræ ſemigenuflexæ, quæ aliquid eidem offert ſiniſtra. *M. N.*

PL. VALENTINIANUS TR. P. XXX. COS. VIII.

COSS. Pl. Valentinian. Aug. VIII. Occid. L. Anthemius. Orient. *A.U.C.* 1208. *Chriſti* 455.

Petron. Maximi Uxorem vitiat. Valentinianus Ætium occidit, mox Petron. Maximi induſtria (1) *A. D. XIV. Kal. April. Pl. Valentinianus occiditur.*

203



LICINIA EUDOXIA PL. VALENTINIANI AUG. UXOR.

Licinia Eudoxia, Theodoſii Juioris, ex Eudocia Filia, Conſtantinopoli nata anno Chriſti 422. Placidio Valentiniano qnindemnis nupſit, eoque occiſo Anno Chriſti 455., & à Petronio Maximo Tyranno deſponſata, cùm ab eodem aodiſſet prioris mariti cædis ſe conſcium, & participem fuiſſe, quo tam acerbam iojuriam ulciſceretur Genſericum Vandalorum Regem in Italiam evocavit, cujus adventu territus Maximus, dum fugam meditatur, à Romanis in fruſta diſcerptus eſt eodem Anno. Capta triduo poſt à Genſerico Urbe, Eodoxia cum binis ex Pl Valentiniano Filiabus in Africam deducta eſt, remiſſaque Conſtantioopolim cum altera Filia Placidia Anno Chriſti 462., ubi cum Eutychiana Hæreſi infecta eſſet, à Juvenale Conſtantinopolitano Patriarcha ad rectam Fidem converſa Pietatis operibus vacavit.

Aur. LICINIA EUDOXIA P. F. AUG. Caput muliebre Corona radiata, in cujus medio Crux.
⁕ SALUS REIPUBLICAE R. M. COM. OB. Figura radiata ſedens, dextra Globum cum Cruce; ſiniſtra Crucem longam. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 22.

204



JUSTA GRATA HONORIA PL. VALENTINIANI SOROR.

Conſtantii Aug., & Placidiæ Filia, cùm ab Eugenio Procuratore ſuo ſtuprata concepiſſet, è Palatio à Fratre expulſa Conſtantinopolim Theodoſio tranſmiſſa eſt Anno Chriſti 434., ubi exul clandeſtinè Attilam Hunoorum Regem ſpe ſuarum nuptiarum in Occidentem invitavit; Is in Italiam admoto Exercitu, eò Pl. Valeotinianum adegit, ut pro pace impetranda Honoriam cum Regni parte Attilæ promittere coactus ſit, quod tameo morte Attilæ impletum non eſt, is enim dum nuptias cum Ildicone Puella formoſiſſima celebrat, hauſto largiùs mero, ſanguinis vomitu extioguitur. Cæterum Honoriam AUGUSTAM appellatam, & Inſcriptio Ravennenſis, & Nummi teſtantur.

Aur. D. N. JUST. GRAT. HONORIA P. F. AUG.
⁕ SALUS REIPUBLICAE. Chriſti Monogramma io Corona quercea, infra COM. OB. *Conſt. Chriſt. Tab.* 22.
⁕ Crux in Laurea. *Ex Theſauro Lazaro Reverendiſſ. Noris in addendis ad Hiſtoriam Pelagianam.*

(1) XVI. *Kal.* Aprilis occiditur Valentin. *Petav.* & *Panvin.*

205 

A T T I L A

MUnzucci Honnorum Regis Filius, Dacia Ripenſi Paterno Regno non contentus cum Belda Fratre Daciam mediterraneam ab Oſtro Gothis, & Gepidis poſſeſſam invadit. Tributarios facit Ardaricum Gepidorum, Valamirum, Theodemirum, & Videmirum Fratres Oſtro Gothorum Reges, hinc & Pannonia potitur, & Orientem verſos Illyrici, ad Meridiem, Græciæ, & Macedoniæ Urbes ad portas oſque Conſtantinopolis depopulatus eſt, & Theodoſium Juniorem ad pacem 6. M. auri libris, & tributo annoo librarum mille auri redimendam coëgit, Belda Fratre ſublatu ſolus Regnum tenens Danubium tranſit, & Marcomannis, Quadis, Sueviſque ſubactis, ab Honoria Placidii Valentiniani Aug. Sorore ejus Connubium ambiente in Italiam vocatus, Gallias ingreſſus Aurelianum obſidet, ubi ab Ætio Romanorum Duce, & à Theodorico Viſigothorum Rege repellitur, mox in Campis Catalaunicis vincitur ab Ætio, ſed reintegratis viribus in Italiam deſcendens Mediolanum, Papiam, cæteraſque Infubriæ Urbes vaſtat, Romam verſus iter dirigens à S. Leone Papa circa Mantuam cohibetur, & precibus in Pannoniam rejicitur. Mox in Sangibanum Alannorum Regem movens, ab eodem, & à Toriſmundo Viſigothorum Rege vincitur, & denoo in Pannoniam rejicitur, ubi Nuptiis, quas cum formoſiſſima Puella contraxerat, nimio vino indulgens extinguitur A. U. C. 1207. Chriſti 454.

ATTILA *cum Fratre Belda Romanas Provincias populari incipiunt.*

A.U.C. 1194. *Cr.ſt.h* 441. *COSS. Cyrus Panopelites. Orient. ſine Collega in Occid.*

Ar. · ATEULA. Caput Barbatum.
⁎ ULATOS. Equus Capite erecto, ſupra quem S., & inter pedes Equi Pentagoni Figura. *M. N.*

Æ. ATILLA. Caput nudum.
⁎ Leo gradiens. *Conſt. Chriſt. Tab.* 22.
⁎ ATHIL. Caput.
⁎ Equus. *Patin. Ind. fol.* 35.

206 

F L. M A R C I A N U S

THrax humili genere natus, ſed militia clarus, ſingulari prudentia, & vitæ integritate omnibus notus. Pulcheriæ Theodoſii Imp. Sororis ſtudio, ſenex admodum, fit Imperator; cujus capiti diadema impoſuit. Moderatus Princeps, & rebus agendis idoneos, ſi per ſenectam diutius vivere licuiſſet. Imminutum Orientis Imperium per 60. annos dilapſum, prudentia, & conſilio reparavit: cum Parthis, & Vandalis Fœdus percuſſit. Attilæ minas compeſcuit, arma numquam niſi provocatus movit; pacem, quoad fieri potuit, coluit; illud uſurpans, *cum in Pace eſſe poſſumus, arma non induamus,* Anno Imperii VI. menſe VI. naturæ conceſſit, conſpiratione Aſparis, qui ei venenum dediſſe perhibetur. Hujos gener fuit Anthemius Imp.

FL. MARCIANUS *Mortuo Theodoſio Auguſto Juniore A. D. VIII. Kal. Septembris imperare juſſus eſt à Pulcheria Theodoſii Sorore, eum in Maritum accipiente.*

A.U.C. 1203. *Chriſti* 450. (1) *COSS. Pl. Valentinian. Aug. VII. Gennadius Valerius Corvinus.*

Aur. D. N. MARCIANUS P. F. AUG.
⁎ Nexus referens M. P. ✠ S. C. In Laurea. *Strada fol.* 249.

FL. MARCIANUS TR. P. I. II. COS.

A.U.C. 1204. *Chriſti* 451. *COSS. Marcianus Aug. Orient. Cl. Adelphius. Occid.*

Attila in Campis Catalaunicis vincitur.

Aur. D. N. *alii* FL. MARCIANUS AUG.
VICTORIA AUGGG. S. CON. OB. Victoria dextra Crucem geſtans.

D. N.

(1) Vide notam 4. & ſub hoc anno COSS. pag. 536.

D. N. MARCIANUS P. F. AUG. Caput Galeatum, & in Galea Alæ, dextra Jaculum, ſiniſtra Scutum.
⁎ VICTORIA AUGUSTORUM CON. OB. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Globum, ſupra quem Crux, ad latus Stella. *Num. Arſcot. Tab.* 68. *n.* 13. 14.

MARCIANUS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Herculanus Occid. Aſparatius. Orient. — *A.U.C.* 1205. *Chriſti* 452.

Attila Italiam vaſtat.

MARCIANUS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Fl. Opilio. Occid. Fl. Vincomalus. Orient. — *A.U.C.* 1206. *Chriſti* 453.

MARCIANUS TR. P. IV. V. COS.

COSS. Fl. Ætius. Occid. Fl. Studius. Orient. — *A.U.C.* 1207. *Chriſti* 454.

Thoriſmundus Gothorum Rex ab Ætio victus Pacem petit.

Æ. D. N. MARCIANUS P. F. AUG.
⁎ L. 8IOGIIIVINOIV. Dea Pax dextra elata cum Ramo, ſiniſtra Haſtam. *Hulſius.*

MARCIANUS TR. P. V. VI. COS.

COSS. Pl. Valentinianus VIII. Occid. L. Anthemius. Orient. — *A.U.C.* 1208. *Chriſti* 455.

Pl. Valentinianus occiditur. Roma à Vandalis diripitur.

MARCIANUS TR. P. VI. VII. COS.

COSS. Fl. Johannes. Occid. Fl. Varari. Orient. — *A.U.C.* 1209. *Chriſti* 456.

Avitus occiſo Maximo Imperator dici vult in Occidente, ſed capitur, & Placentiæ Epiſcopus ordinatur. (1)

MARCIANUS TR. P. VII. COS.

COSS. Fl. Conſtantinus. Occid. Fl. Rufus. Orient. — *A.U.C.* 1210. *Chriſti* 457.

(2) *Hoc anno VII. Kal. Februarias Marcianus mortuus eſt.*

207



AELIA PULCHERIA

THeodoſii Junioris Soror Virgo honeſtiſſima, Fratre mortuo, ejuſdem conſiliis inſiſtens, Marcianum ad Imperium à Senatu Conſtantinopolitano eligi curat, mox eidem nubit, & AUGUSTA dicitur.

Ar. AEL. PULCHERIA AUG.
⁎ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſt. Tab.* 22.

Æ. AEL. PULCHERIA AUG. Caput Diademate ex unionibus ornatum, cui in aëre pendens manus, Lauream imponit.
⁎ SALUS REIPUBLICAE CON. OB. Victoria ſedens Clypeo inſcribit Chriſti Monogramma. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 22.

208



FL. ANICIUS PETRONIUS MAXIMUS

PL. Valentinianus Imp. ſpreta Conjuge formoſiſſima in ſtupris, & adulteriis volutabatur, & Maximi etiam Uxorem attentarat, ejus ſcilicet, qui Gratiano cæſo, Tyrannidem arripuit, & à Magno Theodoſio poſtea necatus eſt,
ex

(1) In Occidente interregnum menſ. X. dierum XV. *Panvin.* (2) Pridie Kal. Feb. moritur Marcianus. *Pagi.*

ex Filia nepotis. Ut inſidias Valentiniano ſtrueret, propterea quod is Uxorem ejus ſtupraſſet, Ætium apud eundem detulit; quo cæſo, Regiam ingreſſus, Imperatorem interemit, & Conjugem ejus Eudoxiam deſponſavit. Hæc Genſericum Vandalum Lybia evocat: quo veniente, Maximus ne uno quidem Anno tyrannide potitus, tertio tyrannidis menſe, ab Urſo Milite Romano, aut à Genſerici Militibus, interemptus, & à Populo membratim diſcerptus, in Tiberim projectus eſt.

FL. ANICIUS PETRONIUS MAXIMUS *occiſo Pl. Valentiniano Occidentis Imperium invadit A. D. XVI. Kal. April.*

A.U.C.1208. Chriſti 455. COSS. *Pl. Valentinian. Aug. VIII. Occid. L. Anthemius. Orient.*

Eudociam Pl. Valentiniani Uxorem deſponſat, quæ Genſericum Vandalorum Regem in Italiam ad vindictam vocat, hinc Roma à Vandalis obſidetur, & à Militibus Romanis Maximus occiditur, & in Tyberim præcipitatur A. D. Prid. Id. Junii.

Aur. ✳ D. N. FL. ANICIUS MAXIMUS P. F. AUG. *Goltzius.*

D. N. PETRONIUS MAXIMUS P. F. AUG.
✳ VICTORIA AUGGG. COM. OB. R. M. Imp. Draconem calcans, dextra Crucem, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Ex Conſt. Chriſt. Tab. 22. reſt.*
D. N. AN. MAXIMUS P. F. AUG. Buſtum galeatum, dextra Victoriolam cum Globo, ſiniſtra Scutum, in quo Chriſti Monogramma.
✳ VIRTUS AUGUSTI CON. Victoria dextra Crucem, ſiniſtra Palmam. *Strada fol. 222.*
PETRONIUS MAXIMUS.
✳ VICTORIA AUGGG. . . . *Schedæ Sponnianæ, ex Cimeliis D. Abbatis de Camps.*

209



FL. MAECILIUS AVITUS

UT Maximus ad Imperium pervenit ad Theodoricum Gothorum Regem Avitum Legatum miſit, ad Fœdus, Pacemque ſanciendam. Theodoricus Pacem dat ea lege, ut Avitus Auguſtalia ſumat Inſignia, quod facit Magno Galliæ plauſu, & conſenſu. Firmatis in Gallia Rebus, occiſoque Maximo Avitus in Italiam deſcendit Gothico præſidio munitus, ubique pacificè excipitur, præſertim à Senatu Romano, hinc Gothos in Patriam remittit, ſed brevi à S. P. Q. R. Urbe dejicitur, poſt à Ricimere Patritio captus abdicare Imperio cogitur A. D. XVI. Kal. Jul., & Placentiæ Epiſcopus ordinatur.

M. MAECIL. AVITUS AUG. *Theodorico Auctore in Galiis dicitur A. D. VI. Idus Julias.*

A.U.C.1208. Chriſti 455. COSS. *Placid. Valentinian. Aug. III. Occid. L. Anthemius. Orient.*

Aur. ✳ D. N. FL. MAECILLI. AVITUS P. F. AUG. *Goltzius.*

D. N. AVITUS P. A. P. F. AUG.
✳ VICTORIA AUGGG. A. R. COM. OB. Imp. dextra Lauream, ſiniſtra Globum cum Victoria ſiniſtro pede Captivum calcans. *Conſt. Chriſt. Tab. 22.*

D. N. AVITUS TR. P.

A.U.C.1209. Chriſti 456. COSS. *Fl. Johannes. Occid. Fl. Varari. Orient.*

Avitus hoc anno A. D. VI. Id. Jul. abdicat Imperio, & Epiſcopus Placentiæ ordinatur. (1)

210



FL. LEO

GRæcanici ſanguinis, factione Aſparis Imp. factus, & Auguſtus creatus: cujus Filium cum invitus Cæſarem creaſſet, poſtea cum Ardaburio, ut inſidiarum in ſe authores interfecit, Leonemque Nepotem ex Filia Ariadnæ,

(1) Vide notam 1. pag. anteced.

na, & Zenone, ſucceſſorem ſibi eſſe voluit. Hujus Imperii tempore Terræ motus graviſſimus Antiochiæ, & incendium fœdiſſimum quatriduanum Byzantii, quo Civitas magna ex parte conflagravit, & Italia fuit in motu perpetuo. Cum Orientale Imp. 17. annis rexiſſet, obiit A. U. C. 1227.

FL. LEO *mortuo Marciano in Oriente* AUG. *dicitur*, TR. P. *accepta ab Exercitu A. D. VII. Idus Febr.*

COSS. Fl. Conſtantinus. Occid. Fl. Rufus. Orient. — *A.U.C.* 1210. *Chriſti* 457.

Leo, Majorianum Occidenti Imperatorem dat.

Æ. (1) LEO BAS. CONSTANS. Tria Capita cum Pectoribus.
BASIL. CONSTANZI. LEON. EN. . . .
BASIL. ROMEON. In medio Nummo.
LEON. BASILEUS ROM.
LEON. EN. ΘHO BASILEUS ROMEON. In medio Nummo.
. . . .
* SALUS REIPUBLICAE. Imp. dextra Labarum, ſiniſtra Orbem tenens, Captivum calcans. *Patin. Ind. fol.* 34.

FL. LEO TR. P. I. II. COS.

COSS. Leo Aug. Orient. Fl. Jul. Val. Majorianus Aug. Occid. — *A.U.C.* 1211. *Chriſti* 458.

FL. LEO TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Ricimer. Occid. Patritius. Orient. — *A.U.C.* 1212. *Chriſti* 459.

LEO TR. P. III. IV. COS. (*)

COSS. Magnus. Occid. Apollonius. Orient. — *A.U.C.* 1213. *Chriſti* 460.

LEO TR. P. IV. V. COS.

COSS. Severinus. Occid. Dagalaiphus. Orient. — *A.U.C.* 1214. *Chriſti* 461.

(2) *Majorianus Aug. à Ricemere extinguitur, & Severus* AUG. *dicitur.*

LEO TR. P. V. VI. COS. II.

COSS. Leo Aug. II. Orient. Fl. Libius Severus Aug. Occid. — *A.U.C.* 1215. *Chriſti* 462.

Bellum Oſtrogothicum muneribus, & ſtipendiis avertit, Leo Aug., & Theodomiri Regis Filium Theodoricum obſidem accipit.

Aur. D. N. LEO PERPET. AUG. Caput Vittatum, Pectore Trabeato, dextra Syngraphas, ſiniſtra Crucem.
* VICTORIA AUGGG. T. H. C. O. B. Imp. habitu Conſulari ſedens, dextra Volumen, ſiniſtra Crucem, ad latus duæ Stellulæ. *Conſt. Chriſtiana. Tab.* 23.

LEO TR. P. VI. VII. COS. II.

COSS. Fl. Cæcina Decius Baſilius Felix. Occid. Fl. Vibianus (vel Vivianus) Orient. — *A.U.C.* 1216. *Chriſti* 453.

LEO *Zenoni Genero Patriciam confert dignitatem.*

LEO TR. P. VII. VIII. COS. II.

COSS. Fl. Ruſticus. Orient. Fl. Anicius Olybrius. Occid. — *A.U.C.* 1217. *Chriſti* 464.

Beorgor Alamnorum Rex à Patricio Ricemere cum Exercitu apud Bergomum fuſus.

LEO TR. P. VIII. IX. COS. II.

COSS. Fl. Herminericus. Occid. Fl. Baſiliſcus. Orient. — *A.U.C.* 1218. *Chriſti* 465.

Conſtantinopolitanum incendium maximum, & Severi Aug. mors.

LEO TR. P. IX. X. COS. III.

COSS. Leo Aug. III. Ti. Fabius Titianus. (3) — *A.U.C.* 1219. *Chriſti* 466.

LEO TR. P. X. XI. COS. III.

COSS. Fl. Puſæus. Orient. Fl. Johannes. Occid. — *A.U.C.* 1220. *Chriſti* 467.

Anthemio Occidentale Imperium à Leone defertur, & ejuſdem Filio Marciano Filiam ſpondet. Claſſem maximam parat contra Genſericum.

(1) Nummi Ærei, hic deſcripti, illo excepto in quo *Salus Reipublicæ* legitur, ad Leonem, de quo agitur, non ſpectant. *Bandur.*
(*) *Aur.* D. N. LEO PERPET. AUG.
VICTORIA AUGGG. Z. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem longam. *Chiflet. Anaſtaſit f.* 252.
(2) Majorianus deponitur IV. Non. Auguſti, Occiditur VII. Id. Aug. Severus levatus eſt Imp. XIII. Kal. Decembris. *Pagi.* Sic interregnum per menſes III. dies XVI.
(3) Leo III. COS. in Oriente ſine Collega. Ex Kal. Jul. Tatianus in Occid.

F L. L E O.

LEO TR. P. XI. XII. COS. III.

A.U.C.1221.
Chriſt. 468.

COSS. Anthemius Aug. II. Occid. ſine Collega in Oriente.

Tribus Claſſibus contra Genſericum per Duces Leonis pugnatur, Marcellini, & Heraclii vincunt, Baſiliſci verò vincitur, fugatur, & capitur.

Aur. D. N. NO. LEO. Leo manu Crucem tenens.
VICTORIA. Crux.
D. N. LEO PERPET. AUG.
* VICTORIA AUGUSTORUM CON. OB. Victoria alata ſtans, dextra expanſa cum Laurea, ſiniſtra cum Globo Crucigero. *Conſt. Chriſtian. Tab.* 23.

LEO TR. P. XII. XIII. COS. III.

A.U.C.1222.
Chriſti 469.

COSS. Fl. Marcianus. Occid. Fl. Zeno Iſauricus. Orient.

Reges OſtroGothi Satagas in media Pannonia invadunt. Dinzio Attilæ Filius illis occurrit, qui ab iiſdem vincitur, & interficitur.

LEO TR. P. XIII. XIV. COS. III.

A.U.C.1223.
Chriſti 470.

COSS. Fl. Severus. Occid. Fl. Jordanes. Orient.

Genſericus Claſſem contra Baſiliſcum in Sicilia Stationem habentem educit, pugnatur, vincitur, & fugatur Genſericus.

Aur. D. N. LEO PERPET. AUG.
* VICTORIA AUGG. COM. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem, ad ſiniſtrum latus Stella. *M. N.*
* VICTORIA AUGG. { COM. OB. Imp. dextra Crucem, ſiniſtra Victoriolam, dextro pede Caput Draconis calcans. *Ex Conſt. Chriſtiana Tab.* 23. *reſt.*
* { CON. OB. Victoria dextra Crucem geſtans, ad latus Stellula. *Ex eadem reſtit.*

LEO TR. P. XIV. XV. COS. IIII.

A.U.C.1224.
Chriſti 471.

COSS. Leo Aug. IIII. Orient. Fl. Probianus. Occid. (1)

Aſpar, & Ardaburius ejus Filius jam CÆSAR *affectatæ Tyrannidis occiduntur.*

LEO TR. P. XV. XVI. COS. IV.

A.U.C.1225.
Chriſti 472.

COSS. Fl. Feſtus. Occid. Fl. Marcianus. Orient.

Ricimer Pacem *ab* ANTHEMIO *petit, & obtinet, mox cum Exercitu Romam veniens, Urbe capta eum capit, & necat.* OLYBRIUS *in Anthemii locum ſufficitur, ſed paulò poſt morbo extinguitur,* JUL. NEPOS *Cæſar declaratus ad Occidentale Imperium accipiendum ſe parat.*

LEO TR. P. XVI. XVII. COS. V.

A.U.C.1226.
Chriſti 473.

COSS. Leo Aug. V. Orient. ſine Collega in Occid.

GLYCERIUS *à Guindibario* Patricio AUG. *dicitur in Occidente.* LEO *Aug. Nepotem* LEONEM, *Cæſarem creat.*

Aur. D. N. N LEO AUG. Capita Leonis Avi, & Leonis Nepotis ſe reſpicientia.
* VICTORIA AUGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem, ſiniſtra Globum cum Victoria. *Hulſius.*

LEO TR. P. XVII. COS. V.

A.U.C.1227.
Chriſti 474.

COSS. Leo Jun. Aug. Orient. ſine Collega in Occid.

Hoc anno menſe Januario moritur LEO *Senior Auguſtus*, LEONE *Nepote* AUGUSTO *renunciato.*

211



Æ L I A V E R I N A

Leonis Imperatoris Uxor, quæ illi plures Fœminas peperit.

(1) Anicius Probianus legit *Roland.*

AELIA VERINA.

Aur. D. N. AELIA VERINA. *Spanhem ſ. 640.*

AELIA VERINA AUG.
⁜ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſtiana Tab. 23.*

212



212

FL. JUL. MAJORIANUS

A Leone Auguſto Magiſter Militum dictus in Italiam ad Occidentale Imperium ſuſcipiendum mittitur; & Kal. April. A. U. C. 1210. Chriſti 457. AUG. dicitur ab Exercitu ad Columellas prope Ravennam. Campaniam à Vandalis tuetur; Claſſe comparata contra Genſericum, ad eundem habitu Legati accedit, ejuſque viribus exploratis redit ad Claſſem, inde in Mauritaniam, mox in Africam cum Claſſe trajicit, Carthaginem obſidet, ſed morbo detentus occaſione rei bene gerendæ amiſſa, Ravennam redit. Audita Populatione Galliarum à Theodorico facta, contra eum movens, Hoſtibus ejectis Pacem Galliis reddidit, mox eandem à Genſerico petitam conceſſit: Ludos Circenſes cum Epulo Arelate dedit, cumque Alannis bellum inferret in Galliis ab iiſdem ultro revocatur in Italiam, ubi à Ricimere per diſpoſitos ſatellites comprehenſus, Imperio abdicare cogitur, & ad Hyram fluvium occiditur.

FL. JUL. MAJORIAMUS *à Leone in Italiam mittitur ad Occidentale Imperium recipiendum* AUG. *dicitur ab Exercitu A. D. Kal. Aprilis.*

COSS. Fl. Conſtantius. Occid. Fl. Rufus. Orient. — *A.U.C.1210. Chriſti 457.*

Majorianus Claſſem parat, & Campaniæ oram à Vandalis tuetur.

Aur. D. N. JUL. MAJORIANUS AUG.
⁜ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſtan. Chriſt. Tab. 23.*
D. N. JUL. MAJORIANUS P. F. AUG.
Chriſti Monogramma in medio Laureæ, infra quam CON. OB.

Ar. D. N. JULIUS MAJORIANUS P. F. AUG.
⁜ VOTIS MULTIS. Miles ſtans dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum. *Conſtantin. Chriſtian. Tab. 23.*

MAJORIANUS TR. P. I. II. COS.

COSS. Leo Auguſtus. Orient. Majorianus Aug. Occid. — *A.U.C.1211. Chriſti 458.*

Claſſem contra Vandalos in Africam ducit, Carthaginem obſidet, ſed morbo correptus Ravennam redit.

MAJORIANUS TR. P. II. III. COS.

COSS. Fl. Ricimer. Occid. Patritius. Orient. — *A.U.C.1212. Chriſti 459.*

Theodoricus Gothorum Rex Gallias vexat, & plura oppida capit.

MAJORIANUS TR. P. III. IV. COS.

COSS. Magnus. Occid. Apollonius. Orient. — *A.U.C.1213. Chriſti 460.*

Theodoricum Viſigothorum Regem vincit, & ab uſurpatis Imp. Romano terris expulit Majorianus, & Pacem cum Genſerico facit.

Aur. D. N. JULIUS MAJORIANUS P. F. AUG. Capite Galeato Haſtam tenens, & Peltam, in qua Chriſti Monogramma.

VICTORIA AUGGG. COM. OB.
- A. K. Figura Militaris ſtans, dextra Labarum cum Cruce, ſiniſtra Globum cum Victoria.
- RU. Eodem Typo.
- N. D. Eodem Typo.
- AR. Eodem Typo.
- Figura ut ſuperior inſiſtens Serpenti.

Æ. D. N. JUL. MAJORIANUS P. F. AUG.
⁜ VICTORIA AUGGG.
- CON. Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Conſtant. Chriſtiana Tab. 23.*
- ⁜ P. V. Eodem Typo. *Ibidem.*

. . . .
VIRTUS AUGG. Victoria gradiens. *Patin. Ind. fol. 34.*

MAJO-

MAJORIANUS TR. P. IV. V. COS.

A.U.C.1214. Chriſti 461. *COSS. Severinus. Occid. Dagalaiphus. Orient.*

Bellum Alannis infert Majorianus, Alanni Italiæ minantur, Majorianus in Italiam redit, ubi à Ricimere Patritio ad Hyram Fluvium necatur A. D. VII. Id. Aug. (1)

213



FL. LIBIUS SEVERUS.

AD Ravennam Imp. factus, & Auguſtus ſalutatus, Imp. arripuit: qui ſuperato Biorgo Rege Alannorum, lauream meruit, quarto Imperii anno nundum impleto occubuit, vel, ut alii, Romæ veneno obiit.

FL. LIBIUS SEVERUS *à Ricimere, & Exercitu* AUG. *dicitur A. D. XIII. Kal. Septembris.* (2)

A.U.C.1214. Chriſti 461. *COSS. Severinus. Occid. Dagalaiphus. Orient.*

Genſerico Vandalorum Regi Inſulas Africæ objectas incurſanti, acriter reſiſtit Severus.

Aur. D. N. LIBIUS SEVERUS P. F. AUG.
SALUS REIPUBLICAE CON. OB. Chriſti Monogramma in Corona Laurea.
✻ VICTORIA AUGGG. { R. A. Imp. ſtans, dextra Crucem, ſiniſtra Globum, dextro pede calcans Draconem. *Strada f. 224.*
✻ R. V. Eodem Typo. *Conſt. Chriſt. Tab. 23.*
CON. OB. R. M. Victoria Crucem, aut Labarum tenens. }

Ar. D. N. LIBIUS SEVERUS AUG.
✻ Chriſti Monogramma in Laurea, infra R. M. *Conſt. Chriſt. Tab. 23.*

SEVERUS IMP. ANNO II. COS.

A.U.C.1215. Chriſti 462. *COSS. Leo Aug. II. Orient. Libius Severus Aug. Occid.*

Genſericus iterum Inſulas divexat, ſed à Ricimere comprimitur. Bellum in Gallia contra Theodoricum; qui Narbona defectione Ravennii Severi Comitis potitur.

SEVERUS IMP. ANNO III. COS.

A.U.C.1216. Chriſti 463. *COSS. Fl. Cæcina Decius Baſilius Felix. Occid. Fl. Vibianus (vel Vivianus) Orient.*

Severus Romam luſtrat. Theodorico, & Genſerico per Duces reſiſtit acerrimè.

SEVERUS IMP. ANNO IV.

A.U.C 1217. Chriſti 464. *COSS. Fl. Ruſticus. Orient. Fl. Anicius Olybrius. Occid.*

Bezor Alannorum Rex ſuperatis Alpibus in Liguriam deſcendit, & à Ricimere Bergomi vincitur, & occiditur.

Aur. D. N. SEVERUS P. F. AUG.
✻ VICTORIA AUGGG. COM. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem. *Conſt. Chriſt. Tab. 22.*
D. N. LIB. SEVERUS P. F. AUG.
✻ VICTORIA AUGGG. COM. OB. R. M. Imp. ſtans, dextra Crucem, ſiniſtra Victoriolam; dextro pede Caput Serpentis calcans. *M. N.*
D. N. SEVIRUS P. P. AG.
✻ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria ſtans dextra Crucem. *M. N.*

SEVERUS IMP. ANN. IV. *nundum exacto morbo extinguitur.* (3)

A.U.C.1218. Chriſti 465. *COSS. Fl. Herminericus. Occid. Fl. Baſiliſcus. Orient.*

FL.

(1) Vide notam 2. pag. 545. (2) Vide notam dictam.
(3) Moritur Severus XVIII. Kal. Septembris *Pagi*, & *Panvin.* fuitque Interregnum Anni I. menſ. VII. D. XXVII.

214



214

FL. ANTHEMIUS

Gener Marciani Imp., opibus & genere Magnus, à Marciano ad Occidentale Imp. ſuſcipiendum miſſus, cum ſex annis regnaſſet, à Genero ſuo Ricimere ad Pontem Ælium victus, & gladio transfoſſus eſt, A. U. C. 1225. Chriſti 472.

FL. JUL. ANTHEMIUS *Conſularis ab Imperatore Leone ad Imperium Occidentale capeſcendum mittitur, & AUG. ab Exercitu occurrente dicitur.* (1)

COSS. Fl. Puſæus. Orient. Fl. Johannes. Occid. — *A.U.C.1220. Chriſti 467.*

Ricimeri Patricio Filiam collocat Anthemius Aug.. Marcianoque ejuſdem Filio Leo Auguſtus Leontiam Filiam.

Aur. D. N. ANTHEMIUS P. F. AUG. Buſtum galeatum, dextra Haſtam, ſiniſtra Scutum.
SALUS REIPUBLICAE CON. OB. { Duæ Figuræ Militares ſtantes, tenentes Globum crucigerum cum literis M. D. / Alius habet Chriſti Monogramma.
D. N. ANTHEMIUS V. C.
✱ COM. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

Æ. D. N. ANTHEM.US P. F. AUG.
✱ SALUS REIPUBLICAE N. D. COM. OB. Duæ Figuræ Militares cum Spiculo ſtantes Globum crucigerum tenentes. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 23.

ANTHEMIUS IMPERII ANNO II. COS. II.

COSS. Anthemius Aug. II. Occid. ſine Collega in Oriente. — *A.U.C.1221. Chriſti 468.*

Aur. D. N. ANTHEMIUS PERPET. AUG.
✱ SALUS REIPUBLICAE COM. OB. Duo Impp. Globum crucigerum ſuſtinentes, alter dextra, altera ſiniſtra Haſtam tenet. *Muſæi Moſcardi.*

ANTHEMIUS IMPERII ANNO III. COS. II.

COSS. Fl. Marcianus. Occid. Fl. Zeno Iſauricus Orient. — *A.U.C.1222. Chriſti 469.*

Anthemius Aruandum majeſtatis reum damnat.

Aur. D. N. ANTHEMIUS P. F. AUG.
✱ Chriſti Monogramma in Laurea, infra CON. OB. *Conſt. Chriſt. Tab.* 23.

ANTHEMIUS IMPERII ANNO IV. COS. II.

COSS. Fl. Severus. Occid. Fl. Jordanes. Orient. — *A.U.C.1223. Chriſti 470.*

Romanus majeſtatis Reus capite plectitur. Euricus Gothorum Rex Romanas Provincias vaſtat, ſed à Majoriano ad Pacem, & Fœdus adigitur. Baſiliſcus Genſerici Claſſem vincit.

ANTHEMIUS IMPERII ANNO V. COS. II.

COSS. Leo Aug. IV. Orient. Fl. Probianus. Occid. (2) — *A.U.C.1224. Chriſti 471.*

Inter Anthemium Aug., & Ricimerem Patricium, inimicitia oritur.

ANTHEMIUS INPERII ANNO VI. COS. II.

COSS. Fl. Feſtus. Occid. Fl. Marcianus. Orient. — *A.U.C.1225. Chriſti 472.*

Ricimer per Epiphanium Ticinenſem Epiſcopum Pacem ab Anthemio accipit, ſed ea neglecta, Romam obſidet, Bilimetem Gothorum Regem opem Anthemio ferentem vincit, Urbem capit, & Anthemium necat, A. D. V. Id. Jun. (3)

Zzzzzz — D. N.

(1) Anthemius fit Imp. prid. Id. Apr. *Panvin.*, & *Pagi.* (2) Vide notam 2. pag. 546.
(3) V. Id. Jul. occiſus Anthemius. Ricimer moritur XV. Kal. Septembris. *Pagi.*

Aur. D. N. ANTHEMIUS P. F. AUG.

✻ SALUS REIPUBLICAE. ✻ { Duæ Figuræ Militares Paludatæ tenentes Clypeum, in quo PAX. *Ex Notis D. Mayer.*
CON. OB. Duæ Figuræ Militares Paludatæ ſtantes, dextras jungentes, quæ à ſiniſtris eſt, ſiniſtra Globum cum Victoria tenet, in äëre pendet Laurea, ſupra quam Crux, in Laurea verò PAX. *Ex Conſt. Chriſt. Tab.* 23.

Ut inimicitiæ inter Auguſtum, & Ricimerem Reipublicæ excidium minabantur, ſic eorundem Pace ſalutem Reipublicæ augurabantur Romani, quod & teſtatum voluere ſuperioribus Nummis.

FL. OLYBRIUS.

PLacidiæ Pl. Valentiniani, & Eudoxiæ Filiæ, Maritus, in Occidente poſt occiſum à Ricimere Patricio Anthemium Auguſtum, Imperator efficitur, & AUG. dicitur, quartoque Imperii menſe decedit.

FL. OLYBRIUS *Conſularis* AUG. *dicitur A. D. V. Id. Junii.* (1)

*A.U.C.*1225. *Chriſti* 472. *COSS. Fl. Feſtus. Occid. Fl. Marcianus. Orient.*

Eodem anno A. D. X. Kal. Novembris moritur.

Aur. D. N. ANICIUS OLYBRIUS AUG.
✻ COM. OB Crux in Laurea. *M. N.*
D. N. ANICIUS OLIBRIUS AUG. Protome Olybrii cum Camelautio crucigero.
✻ SALUS MUNDI. Crux in medio Nummo, infra CON. OB. *Ex Aureo D. Vaillant. Conſt. Chriſtiana fol.* 78.

215



215

FL. GLYCERIUS.

SEnator Romanus invitus ab Exercitu Imp. ſalutatur, Vindemitum Oſtrogothorum Principem in Italiam venientem, donis arcet, & vix Anno emenſo à Julio Nepote Regno expulſus, & Præſul apud Salonas Dalmatiarum Urbem ordinatus eſt.

FL. GLYCERIUS AUG. *ab Exercitu poſt* OLYBRIUM *dicitur in Occidente A. D. III. Non. Maji.* (2)

*A.U.C.*1226. *Chriſti* 473. *COSS. Leo Aug. V. Orient. ſine Collega in Occid.*

Vindemirum Oſtrogothorum Regem, Italiæ minantem donis in Gallias divertit.

Aur. D. N. GLYCERIUS P. F. AUG.
CON. OB In Laurea.
✻ CON. OB. Crux in Laurea. *Conſt. Chriſt. Tab.* 21.

✻ VICTORIA AUGGG. { ✻ Victoria gradiens. *Spanhem. fol.* 602.
R. V. COM. OB. Imp. Draconem conculcans, ut in ſuperioribus Auguſtis. *Theſ. Theupol.*

GLYCERIUS *à Julio Nepote Aug. capitur, & Salonæ in Dalmatia Epiſcopus ordinatur Imperio abdicare coactus A. D. VIII. Kal. Jul.*

*A.U.C.*1227. *Chriſti* 474. *COSS. Leo Jun. Aug. Orient. ſine Collega in Occid.*

216



216

FL. LEO JUNIOR.

AB Avo Teſtamento Imp. relictus, vix anno Imperii præfuit, quod tamen licet juvenis, accuratè adminiſtravit, morum non belli ſtudioſus. Cum eſſet valetudinarius Zenoni Patri novo pietatis exemplo, manibus ſuis Dia-

(1) V. Id. Julii levatus eſt Imp. Olybrius. *Pagi. & Panvin.* fuitque in Occid. Interregnum menſes IV. dies XII.
(2) III. Non. Martias Olybrius ſit Imp.

Diadema impoſuit, Patremque pro ſe deinceps regnare juſſit, ipſeque Novembri ſequente annos natus XVII. morbo ſublatus eſt.

FL. LEO JUNIOR *ab Avo Leone Seniore* COS. *fit*, *&* AUG. *dicitur menſe Januario*. (1)

COSS. Leo Jun. Aug. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C.* 1227. *Chriſti* 474.

Eodem anno A. D. . . . . Novembris moritur.

Aur. D. N. FL. LEO JUN. PERPET. AUG.

D. N. LEO, ET ZENO PP. AUG.
⁎ VICTORIA AUGUSTORUM CON. OB. Victoria expanſis manibus Globum crucigerum ſiniſtra tenens, dextra Lauream, ad latus Stella. *Conſt. Chriſt. Tab.* 23.

Æ. (2) D. N. LEO PERPET. AUG. Buſtum Galeatum, dextra Lauream, ſiniſtra Scutum.
⁎ VICTORIA AUGG. E. Θ. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem. *Strada fol.* 252.

217



FL. ZENO ISAURICUS

EX Iſauria Ciliciæ, genere obſcuriſſimo, à Leone F. Coronatus, & Imp. factus: Homo facie turpiſſima, ingenio longè deteriore, qui non ut Auguſtus, ſed ut Tyrannus imperavit, juvante ad id Canone Fratre. Vir incompoſitus, diſſolutus, intemperans, & corruptus. Theodoricum Oſtrogothorum Regem Cos. factum contra Odoacrem in Italiam miſit: pulſus à Baſiliſco, in Iſauriam cum Uxore receſſit, privatam inſtituens vitam. Revocatus magno Civium favore propter Baſiliſci Tyrannidem Regnum repetiit. Baſiliſcum cum Filio in Cappadociam relegavit, Illum, & Leontium, qui Orientem invaſerant captos interfecit, & cum 17. annis Imperio præfuiſſet miſerabili morte obiit fraude Uxoris. Sub eo graviſſimum Byzantii incendium extitit, in quo 12000. librorum conflagrarunt. *Nicephorus lib.* 16.

FL. ZENO ISAURICUS *à Leone Juniore Aug. Filio* AUG. *dicitur menſe Februario.*

COSS. Leo Jun. Aug. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C.* 1227. *Chriſti* 474.

Aur. ZENO PERP. P. F. AUG.
⁎ CON. OB. Crux in Laurea. *Strada fol.* 253.
D. N. ZENO PERP. AUG.
CON. OB. Crux in Laurea.
D. N. ZENO, ET LEON. OV. CAES. Imp. Protome cum Camelaucio, dextra Spiculum, ad humerum ſiniſtrum Clypeus, cui inſculptus eſt Eques Captivum proſternens.
⁎ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria ſtans dextra Crucem. *Conſt. Chriſt. Tab.* 24.

Ar. D. N. ZENO, ET LEON. OV. CAES. Imp. Protome, ut in ſuperiori Aureo.
⁎ Victoria gradiens, dextra Lauream, ſiniſtra Palmam. *Ibidem.*
⁎ Aquila Ramo inſiſtens.

ZENO IMPERII AN. II. COS. II.

COSS. Zeno Aug. II. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C.* 1228. *Chriſti* 475.

Baſiliſcus rebellat à Zenone, qui ad Iſauros fugit. Hinc Baſiliſcus AUG. *dicitur, & Marcum Filium Cæſarem appellat.*

Ar. D. N. ZENO PERP. AUG.
⁎ M. D. Figura radiata inſtans Proræ Navis, dextra Haſtam, ſiniſtra Pharetram. *M. N.*

ZENO IMP. AN. III. COS. II.

COSS. Baſiliſcus Aug. II. Fl. Armatus. Ambo Orient. — *A.U.C.* 1229. *Chriſti* 476.

Baſiliſcus à Zenone capitur, & trucidatur. Odoacer Erulorum Rex Momyllum Auguſtulum abdicare Imperio cogit, & Rex Italiæ dici vult. (3)

Aur. D. N. ZENO PERP. AUG. In aliquibus Caput cum Buſto, dextra Jaculum.
VICTORIA AUGG. ⁎ { CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem. / F. CON. OB. Eodem Typo. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 24. }
VICTORIA AUGGG. COM. OB. { R. V. Ut ſuperior. / A. P. Eodem Typo, cum Stella. *Conſt. Chriſtiana Tab.* 24. }
⁎ VICTORIA AUGGG. 3. CON. OB. Victoria alata Corona radiata, dextra Crucem tenens. *Hulſius.*
VICTORIA AUGUSTORUM COM. OB. Victoria ſtans, dextra Lauream, ſiniſtra Victoriolam. (*)

D. N.

(1) Januario fit COS. Leo Jun., & Imp. A. D. . . . . Non. Febr. (2) Nummus aureus putatur a *Bandur.*
(3) In Auguſtulo defecit Occidentale Imperium, & fuit interregnum Ann. 324. Menſ. 3. uſque ad Annum primum Imperii Caroli Magni. Romæ hoc interim dominati ſunt Reges Gothi poſt Odoacrem.
(*) D. N. ZENO PERP. AUG.
VICTORIA AUGG. Δ. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem. *Chifletius Anaſtaſii f.* 252.

Æ. D. N. ZENO SEMPER AUG.
VICTORIA. Dextra Sertum.....

....
⁎ VICTORIA ROMA. Victoria gradiens. *Patin. Ind. fol.* 34.

ZENO IMP. AN. IV. COS. II.

A.U.C. 1230. *Chriſti* 477. *I. Poſt Conſulat. Baſiliſci Aug. II. & Armati in Oriente.* (1)

Terræ motus ingens Conſtantinopoli per quadraginta dies.

Ar. D. N. ZENO PERP. AUG.
CON. OB. Crux in Laurea.
D. N. ZENO PERP. N. C.
⁎ Aquila expanſis alis Ramo inſidens, ſupra cujus caput Crux. *M. N.*

ZENO IMP. AN. V. COS. II.

A.U.C. 1231. *Chriſti* 478. *COSS. Fl. Hillus Orient. ſine Collega in Occid.*

ZENO IMP. AN. VI. COS. III.

A.U.C. 1232. *Chriſti* 479. *COSS. Fl. Zeno Aug. III. Orient. ſine Collega in Occid.*

ZENO IMP. AN. VII. COS. III.

A.U.C. 1233. *Chriſti* 480. *COSS. Fl. Baſilius Jun. Occid. ſine Collega in Oriente.*

ZENO IMP. AN. VIII. COS. III.

A.U.C. 1234. *Chriſti* 481. *COSS. Fl. Placidus Occid. ſine Collega in Oriente.*

ZENO IMP. AN. IX. COS. III.

A.U.C. 1235. *Chriſti* 482. *COSS. Fl. Severinus. Occid. Fl. Trocondus. Orient.*

ZENO IMP. AN. X. COS. III.

A.U.C. 1236. *Chriſti* 483 *COSS. Anicius Fauſtus Occid. ſine Collega in Oriente.*

Theodoricum Amalum Oſtrogothorum Regem colit Leo, & Coſ. deſignat.

ZENO IMP. AN. XI. COS. III.

A.U.C. 1237. *Chriſti* 484. *COSS. Theodoricus Amalus Gothorum Rex. Orient. Fl. Venantius Decius. Occid.*

ZENO IMP. AN. XII. COS. III.

A.U.C. 1238. *Chriſti* 485. *COSS. Q. Aurel. Symmachus Occid. ſine Collega in Oriente.*

ZENO IMP. AN. XIII. COS. III.

A.U.C. 1239. *Chriſti* 486. *COSS. Cæcina Maurus Decius. Occid. Fl. Longinus. Orient.*

ZENO IMP. AN. XIV. COS. III.

A.U.C. 1240. *Chriſti* 487. *COSS. Severinus Boëthius Occid. ſine Collega in Oriente.*

Theodoricus Amalus Pace fracta, prædas agit in Romanis Provinciis.

ZENO IMP. AN. XV. COS. III.

A.U.C. 1241. *Chriſti* 488. *COSS. Claud. Julius Ædeſius Dynamius. Fl. Siſidius. Ambo Occid.*

Theodoricus à Zenone accitus Conſtantinopolim venit, & ab Auguſto Italiam obtinet.

ZENO IMP. AN. XVI. COS. III.

A.U.C. 1242. *Chriſti* 489. *COSS. Anicius Probinus. Occid. Euſebius Chronio. Orient.*

Theodoricus à Tranſilla Gepidarum, & Buta Bulgarorum Regibus petitur, cum illis pugnat, & vincit.

ZENO IMP. AN. XVII. COS. III.

A.U.C. 1243. *Chriſti* 490. *COSS. Avienus Fauſtus Jun. Occid. Fl. Longinus II. Orient.*

Theodoricus in Italiam cum univerſa Oſtrogothorum Gente deſcendit.

ZENO

(1) In Occident. V. Poſt Conſulatum Fl. Feſti.

ZENO IMP. AN. XVIII. COS. III.

COSS. Fl. Olybrius Jun. Occid. ſine Collega in Oriente. — *A.U.C. 1244. Chriſti 491.*

Hoc anno A. D. VIII. Id. Aprilis Zeno Aug. mortuus eſt.

218



218

FL. JUL. NEPOS

A Zenone Imperatore Anthemio ſuffectus, cum dio Conſtantinopoli detineretur, Glycerium abdicare cogit, eique Imperium Occidentis invadit Glycerius. Eo nuncio audito in Italiam cum Exercitu veniens Regno privato ſucceſſit, ſed Auguſtulo Imp. electo in Dalmatiam fugit, Imperio ſpoliatus Salonis, poſt quinquennium vitæ privatæ, cæſus eſt.

FL. JUL. NEPOS, *depoſito Glycerio*, AUG. *dicitur Romæ A. D. VIII. Kal. Jul.*

COSS. Leo Jun. Aug. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C. 1227. Chriſti 474.*

Ab Evarico Gothorum Rege, per S. Epiphanium Papiæ Epiſcopum Pacem obtinet.

Aur. D. N. JUL. NEPOS P. F. Aug., *alii* FL., *alii* PERP. P. F. AUG.
CON. OB. Corona Laurea, in qua Crux.
✳ URBS ROMA. Roma galeata ſedens, dextra Haſtam, ſiniſtra Victoriolam. *Strada fol. 227.*
Ar. D. N. JUL. NEPOS P. F. AUG.
✳ VOT. V. MULT. X. In Laurea. *Conſt. Chriſt. Tab. 23.*

JUL. NEPOS IMPERII ANNO II.

COSS. Zeno Aug. II. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C. 1228. Chriſti 475.*

(1) *Hoc anno A. D. V. Kal. Septembris in Dalmatiam ab Oreſte Patricio fugatur Jul. Nepos, qui ibidem, poſt quinquennium vitæ privatæ, cæditur.*

Aur. D. N. JUL. NEPOS P. F. AUG. *alii* PERP. P. F. AUG.
VICTORIA AUGGG. COM. OB. ✳ { M. V. Victoria Crucem tenens.
R. V. Victoria Crucem tenens, ad latus Stella. *Conſt. Chriſtian Tab. 23.*
✳ V. D. Eodem Typo. *Ibidem.*

219



219

FL. BASILISCUS

REx declaratos à Berina Sorore, Zenone Chalcedone degente. Hic Uxorem ſuam Zenonidam Auguſtam Corona decoravit, & Marcum F. Cæſarem facit, ſed populo inviſus à Zenone captus, in Cappadociam relegatus, cum Filio fame, & frigore conſumptus eſt Lemmis, vel Acuſi. *Niceph.*

FL. BASILISCUS *Conſularis, fugato in Iſauriam Zenone,* AUG. *dicitur Conſtantinopoli Imperium occupans.*

COSS. Zeno Aug. II. Orient. ſine Collega in Occid. — *A.U.C. 1228. Chriſti 475.*

Baſiliſcus Marcum Filium Cæſarem appellat.

Aur. D. N. BASILISCUS P. F. AUG. *alii* FL., *&* PERP.
✳ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem cum Stella.
D. N. BASILISCUS PRET. AUG.
✳ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria cum longiori Cruce, & Stella. *Conſt. Chriſt. Tab. 24.*

(1) Poſt Abdicationem Jul. Nepotis fuit in Occid. interregnum menſ. 2. d. 3.

BASILISCUS IMPERII AN. II. COS. II.

A.U.C. 1229. Chr. ſti 476. *COSS. Baſiliſcus Aug. II. Fl. Armatus. Ambo Orient.*

Aur. D. N. BASILISCUS, ET MARC. P. F. AUG.
✱ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria cum longiori Cruce, & Stella. *Conſt. Chriſt. Tab.* 24. (*)

BASILISCUS IMPERII ANNO II. COS. II.

A.U.C. 1230. Chriſti 477. *I. Poſt Conſulat. Baſiliſci Aug. II., & Armati in Oriente.* (1)

Hoc anno à Zenone fugatur, capitur, & occiditur Baſiliſcus poſt viginti menſium Imperium.

Aur. D. N. BASILISCUS PERP. AUG.
✱ CON. OB. Crux in Laurea. *M. N.*

220



220

FL. MOMYLLIUS AUGUSTULUS

PUer admodum Ravennatum ſtudio, & militari favore fretus à Patre Oreſte fit Imper. ſed Oreſtes ab Odoacre Gothorum Rege ſuperatus, ac Placentiæ interfectus eſt. Filius metu purpuram abjiciens cum vix decem menſibus Remp. tenuiſſet, exilio damnatus eſt, anno U. C. 1229.

FL. MOMYLLIUS AUGUSTULUS *Oreſtis Patricii Filius* IMP., *&* AUGUSTUS *in Occidente dicitur, fugato in Dalmatiam Jul. Nepote A. D. V. Kal. Septembris.*

A.U.C. 1228. Chriſti 475. *COSS. Zeno Aug. II. Orient. ſine Collega in Occid.*

Aur. ✱ D. N. AUGUSTULUS PERP. P. F. AUG. *Goltzius.*

✱ D. N. FL. MOMYL. AUGUSTUS P. F. AUG. *Ibidem.*

D. N. MOMULUS AUGUSTUS P. F. AUG.
VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem tenens.
D. N. MOMULUS AUGUSTUS P. F. AUG.
✱ VICTORIA AUGGG. CON. OB. Victoria alata feminuda, dextra Crucem tenens. *Conſtantin. Chriſtian. Tab.* 24.
. . . . . . L. AUGUSTUS P. F. AUG.
✱ R. V. Figura Militaris Galeata, dextra Haſtam, ſiniſtra Cornucopiæ. *Ibidem.*
D. N. MOMULUS AUGUSTUL. P. F. AUG.
✱ CON. OB. Crux in Laurea. *M. N.*
VICTORIA AUGG. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem tenens.

MOMYLLUS AUGUSTULUS IMPERII ANNO I.

COSS. Baſiliſcus Aug. II. Fl. Armatus. Ambo Orient.

A.U.C. 1229. Chriſti 476. *Hoc anno* MOMYLLUS AUGUSTULUS *ab Odoacre Rege abdicare Imperio cogitur, & ad vitam privatam redit, poſtquam menſes novem dies 24. imperaſſet.* (2)

221



221

FL. ANASTASIUS DICORUS

MAgno conſenſu, & Ariadnes ſtudio Imperator factus, donativum militibus dedit, Nuptiarum die tributum Chryſargyrum omnibus remiſit. Iſauros ſuperavit, cum Parthis decertavit; contra Vitalianum ad Aquilonem Bellum geſſit, cum Agarenis pacem fecit, eos qui Imperium ſibi uſurparunt ſupplicio affecit, Chriſtianæ Religionis

(*) D. N. BASILISCUS PRET. AUG.
VICTORIA AUGGG. B. CON. OB. Victoria cum longiori Cruce, & Stella. *Chifletius Anaſtaſ.*
D. N. BASILISCUS, ET MARC. P. F. AUG.
VICTORIA AUGGG. E. CON. OB. Ut ſuperiori Typo. *Ibidem.*

(1) In Occid. V. Poſt Cos. Fl. Felic. (2) Vide notam 3. pag. 551.

gionis primùm ſtudioſus, inde incidit in hæreſim Eutychianam, Orthodoxis multam inferens injuriam, ſed divinam meruit ultionem, nam cum aliquando tonitrua horrendom io modum creparent io Cœnaculum, attonitus fugiebat, & taodem, in quodam cubiculo fulmine, ut ferebatur ictus, mortuus inventus eſt, anno ætatis 58.

FL. ANASTASIUS DICORUS *mortuo Zenone* AUG. *dicitur in Oriente A. D. VII. Id. Aprilis.*

COSS. Fl. Olybr. Jun. Occid. ſine Collega in Oriente. — *A.U.C.* 1244. *Chriſti* 491.

Aur. D. N. ANASTASIUS P. F. AUG.
✳ VICTORIA AUGGG. A. CON. OB. Victoria ſtans, dextra Crucem, ad latus Stella. *M. N.*
D. N. ANASTASIUS PP. AUG.
✳ VICTORIA AUGGG. A. CON. OB. Victoria ſtans, ut ſuperior. *Conſt. Chriſt. Tab.* 25.
D. N. ANASTASIUS PERP. AUG.
VICTORIA { AUGGG. CON. OB. Figura ſtans, dextra Crucem, à tergo Stella.
{ AUGGG. I. Eodem Typo.
D. N. ANASTASIUS P. F. AUG.
✳ Chriſti Monogramma cum duabus Stellis in Laurea. *Num. Arſcot. Tab.* 68. *n.* 19. 20.
D. N. ANASTASIUS
✳ Stella in Laurea. *Hulſius.*

Ar. ✳ D. N. ANASTASIUS AUG. *in alio* P. F. AUG. *Conſt. Chriſt. Tab.* 25.
✳ Stella io Laurea. *M. N.*
✳ Monogramma, in quo R. D. S. D. in Laurea. *M. N.*
✳ INVICTA ROMA. Circum Monogramma, in quo R. D. S. C., Supra Crux. *M. N.*

Æ. D. N. ANASTASIUS P. F. AUG.
✳ M ✳ (✳ above)
CON. Subtus A. In medio Nummo. *Strada fol.* 257.

ANASTASIUS TR. P. I. II. COS.

COSS. Anaſtaſius Aug. Orient. Fl. Rufinus (vel *Rufus*) *Occid.* — *A.U.C.* 1245. *Chriſti* 492.

Æ. D. N. ANASTASIUS P. P. AUG.
✳ M ✳ (✳ above)
CON. Subtus B. *Conſt. Chriſt. Tab.* 25.

ANASTASIUS TR. P. II. III. COS.

